INSTITVTIONES GRAMMATICÆ,

In tres partes distributæ:

Quarum

1. De Etymologia,
2. De Syntaxi,
3. De Orthographia, & Prosodia,

Quibus succedit

PARTIS QUARTÆ SUPPLEMENTUM.

ABREDONIÆ,
Imprimebat Edwardus Rabanus, 1634.
Cum Privilegio.

CLARISS. DNIS,

Mœcenatibus meis omni obſervantiâ cultuq; digniſſimis,

DOMINIS LEGATIS BURGORUM REGNI SCOTIÆ.

EN, Patres Patriæ clariſſima lumina, noſtri
Vltima ſoliciti meta laboris adeſt.
Legimus hoc æquor vobis auctoribus; Euros
Hinc fugit & littus feſſa carina petit.
Sæpè vada & ſyrtes piguit tentaſſe: ſed ægrum
Publica ſpes veſtræ ſæpè levavit opis.
Perfruar hâc! ſic vos decoret bona Copia cornu
Divite, & Aſtræâ Pax comitante beet.

D. W.

ORNATISSIMO

ET LAVDATISSIMO CONSULI,

D. PAVLO MENEZIO

A KINMVNDI, EQVITI AVRATO:

Nec non

PRÆTORIBVS LECTISSIMIS,

Cæteriſq; Reip. Abredonenſis Moderatoribus, S. P. D.

PATRES PLURIMÙM MIHI COLENDI,

DVO ſunt quæ, ut plurimùm, homines ſibi invicem devinciunt; *Patria* & *Tempus*. Illud ſuadet Vlyſſis Ithaca: hoc amicitiæ perſuadent; ſi, velut vina generoſa, vetuſtatem ferant. Vtroque vinculo adſtrictum me vobis eſſe res dictat. ABREDONIA patria mihi ſedes eſt, nunquam pœnitenda; cum ſuo quodam Genio felicium ingeniorum fœcundiſſima Parens & ſit & fuerit. Quæ non modo ad bonarum literarum ſtudia, ſed & ad Reip. adminiſtrationem educta & educata eſſe quis neſcit? Plura & ſecula & exempla ſub oculos ponere haud difficile ſit. Vno, eoque memorabili, contentus ad Te, AMPLISSIME CONSUL, me converto, Cui tot præ-

clara Consulatûs monumenta extant, ut non modò *Litora, Templa, Prætoria* laudibus tuis personent, sed & *ipsa Compita* gratias tibi mediusfidius agere gestiant. Vel invidiâ teste commentitiæ laudis nihil hic cuiquam affingo. Ad *Temporis* diuturnitatem transeo. Tricesimus, DEI beneficio, annus jam agitur, cum formandis & fingendis apud Vos ingeniis operam navo. Tot annorum decursus hoc exigit, ut rude (emeritus quippe miles) jam doner. Militiam tamè hanc ne adhuc quidem defugio, quòd proximè & secundum DEVM benignitas vestra post exhaustas, quà hinc quà inde, molestias innumeras, vires tamen mihi subinde redintegret. Benignitatem hanc, imo, ut benigniùs loquar, Beneficentiam, cum aliàs tum in promovendo hoc opere vel maximè expertus sum. Quæ cum ita se habeant, vobis (ORNATISSIMI PATRES) institutiones has nostras exhibeo: ut, si lubet, vestris auspiciis in lucem prodeant. Vtinam laboris hujus nostri qualis qualis fructus voti vestri mensuræ respondeat. Plura addere statueram, verùm modestia, non mea modò, sed & vestra hic me cohibet. Valete, PATRES SPECTATISSIMI, vestrumque me & vestratem ita fovete, ut ætatis meæ jam ingravescentis residuum in vestri amoris stabilitate & fiduciâ placidè conquiescat. Dat. ABREDONIÆ, Anno partæ salutis MDCXXXIII. KAL. MAIIS.

Vestræ Authoritati
Cliens addictissimus,

DAVID WEDDERBURNUS.

ETYMOLOGIÆ

LIBER PRIMVS.

PArtes Orationis ſunt octo; Nomen, Pronomen, Verbum, Participium: Adverbium, Præpoſitio, Interjectio, Conjunctio. De his partibus earumq; proprietatibus ea deinceps docebimus quæ in Rudimentis ob difficultatem prætermiſſa ſunt. Atque hoc ſemel monuiſſe ſufficiat.

Dictio eſt declinabilis (puta, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium) aut indeclinabilis, nempe, Adverbium, Præpoſitio, Interjectio, Conjunctio.

Dictionum declinabilium communes proprietates ſunt Numerus & Perſona.

Dictio declinabilis eſt vel caſualis, quæ flectitur per caſus, puta, Nomen, Pronomen, & Participium: aut modalis, quæ flectitur per Modos, Tempora, & Perſonas, nempe, Verbum.

Nomen, Pronomen, & Participium, definitionibus diſtinguere curioſum magis fuerit quàm utile. Quia Pronomen & Participium magnam habent cum nomine cognationem. Quin & uſus facile has partes diſtinguit. In hoc autem omnes conveniunt, quod voces ſint flexæ per Genera, Caſus, & Numeros. Itaque tres has partes ita quomodocunque definiiſſe ſufficiat.

Nomen eſt dictio flexa per Caſus quæ ſignificat pri-

mò aut rem ipsam, ut *Petrus, equus, lapis* : aut rei accidens, ut *albedo, albus, magnus, primus.*

Pronomen est pars Orationis flexa per casus, quæ pro nomine posita definitam significat personam.

Participium est vox flexa per casus, quæ proprietatum suarum partem capit à nomine, videlicet, Genera, Casus, & Declinationem : partem à verbo, videlicet, Tempora & Significationes : partem ab utroque, videlicet, Numerum & Personam.

Proprietates nominis sunt Persona, Numerus, Casus, Genus, Declinatio, Comparatio ; item Species & Figura, proprietates maximè communes, de quibus Libro septimo.

De Persona, Numero, et Casu, satis dictum est in Rudimentis. De reliquis deinceps ; ac primo de Genere hoc Libro per 4. Capita. Quorum primum regulas explicat generales nominum substantivorum, quæ genus habent à significatione. Secundum, regulas eorundem speciales, quæ genus sumunt à terminatione aut authoritate. Tertium, Observationes quasdam. Quartum, Doctrinam de Adjectivis complectitur.

Caput I. De generibus nominum Substantivorum Regulæ generales.

Regula I. Principalis.

Masculini generis ea sunt quæ marem significant. Huc spectant : 1. Quæ marem denotant in hominibus et brutis ; sive propria sint, sive appellativa, ut *Hercules, Pater. Pyrois*, unus ex equis Solis, *nauta, aries* : *Verres, a boare.* 2. Nomina Deorum et Angelorum, ut *Iupiter, Mars, Gabriel.* 3. Ventorum, (quia Ethnici hos appellabant Deos) ut *Boreas*, vel *Aquilo*, the North wind ; *Notus*, vel *Auster*, the South wind.

Obs.

Obs. Nomina Deorum, Angelorum, et Ventorum, ideo huc spectant, quia olim pingebantur specie vitili. Reg.

Omne viro soli quod convenit, esto virile,
Omne viri specie pictum, vir dicitur esse.

Pingebantur olim et fluvii specie virili ac proinde masculini sunt generis: ut *Tybris, Thamesis.* Reg.

Masculeum fluvii nomen decet usq; reponi.

Reg. II.

Fœminini generis sunt quæ fœminam significant. Huc spectant 1. Quæ fœminam denotant in hominibus et brutis: sive propria sint, sive appellativa, ut *Dido, mater. Fodarge,* nomen equæ, *obstetrix.* 2. Nomina Dearum, Musarum, Parcarum, Nympharum: ut *Ino, Calliope, Lachesis, Echo.* Quia olim pingebantur specie muliebri. Reg.

Esto fœmineum recipit quod fœmina solùm,
Fœmina dicatur facie pictum muliebri.

Huc spectant et nomina Insularum, Regionum, Vrbium: ut *Britannia, Gallia, Lutetia*: quia his poëtæ Numen quoddam fœmininum tribuebant. Eòdem et ob eandem rationem spectant arborum nomina: ut *pyrus, a peare tree*: *malus, an apple tree.* Reg.

Insula & vrbs, arbor, regio muliebria sunto.

Reg. III.

Communis generis sub articulis *hic* et *hæc* sunt ea nomina quæ significant marem et fœminam sub una terminatione: ut *hic* & *hæc civis, a citizen*: *hic* & *hæc parens, the father, or mother.* Reg.

Quicquid utriq; datur, cõmune locatur, ut exul.

Obs. Sunt et alia substantiva, mari et fœminę con-

venientia sub diversis terminationibus; ut hic *caupo*, hæc *caupona*, *a taverner*: hic *levita* vel *levites*, hæc *levitis*, *a levit*. Vbi terminatio competens mari masculini generis, competens vero fœminæ, fœminini est. REG.

Esto genus varium, varius si terminus id vult.

Excipiuntur ab hac regula, nomina avium, ferarum, & piscium, in quibus sexus difficulter discernitur: hæc enim quoties sub una terminatione marem & fœminam significant, genus sumunt à terminatione; ut hic *psittacus*, hæc *vulpes*, hæc *balæna*. Qui sexum discernere volunt, dicunt, *cygnus mas*, *cygnus fœmina*.

Quatuor exceptiones à dictis regulis.

1. OMne Nomen in um, & Græcum secundæ Declinationis in on vel um, est Neutri Generis, (nisi sit viri aut fœminæ proprium) ut *Ingenium*, *Scortum*, *Crustuminum*, nomen fluvii. *Lugdunum*, nomen oppidi: *malum*, *an apple*. *Ilion*, Troja: at hic *Pagnium*, nomen viri: hæc *Glycerium*, nomen fœminæ.

2. Nomina in [i] tantùm pluralis numeri masculina sunt: ut hi *liberi*, hi *Parisii*.

3. Omnia pluralia in [a] sunt Neutri Generis; ut hæc *Artaxata*, hæc *Ilia*.

Et hæ tres exceptiones ratione significationis, pro regulis habeantur ratione terminationis. VERSVS.

Vm neutrum pones: hominum si propria tollas.
Haud terna, on, neutrũ est. plura lia ini marib⁹
A plurale genus neutrũ sibi poscit ubiq; [*do.*

4. Collectiva genus sumunt à terminatione: ut hæc *gens*, *cohors*, *legio*, *turba*, &c. hic *populus*, *cœtus*. Collectivum est quod in singulari numero significat multitudinem.

REG.

Reg. IV.

NEutri generis ſunt etiam Subſtantiva indeclinabilia, (niſi ſint propria Barbara) ut *Ador, Veru, Sinapi, Cim, nepet*; ſic *nigrum theta*, (de quibus Lib. 3.) & pene indeclinabilia, qualia ſunt Græca quædam: ut *Hippomanes, Cacoëthes, Epos, Melos, Chaos*: ſic *Virus, poyſon*: item *Argos*, oppidi nomen. Huc ſpectant Verba & Adverbia pro nominibus ſumpta. Persivs: *Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Scire tuum*, id eſt, ſcientia tua. Idem; *Iam cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud cras*; id eſt, alium craſtinum diem. Item, Voces materialiter ſumptæ. *Homo* in (o) terminatum eſt maſculini generis.

Obs. Vocis forma eſt ejus ſignificatio: materia verò literæ & ſyllabæ: Cum ergo neglectâ formâ ſeu ſignificatione, ſpectatur ſolummodo materia; id eſt, literæ aut ſyllabæ, tum vox materialiter ſumi dicitur. Reg.

Sit generis neutri omne indeclinabile fixum.

Cap. II. Regulæ Speciales, Primæ Declinationis.

R. 1. PRimæ Declinationis deſinentia in (a) & (e) fœminina ſunt: ut *ciſta, a kiſt*: *ſynanche, the ſquinance*. De *Hadria*, & dubiis. Cap. 3.

R. 2. Deſinentia vero in (as) & in (es) maſculina ſunt: ut *tiaras, a myter*: *cometes, a comet*: *planetes, a planet*: vel *cometa, planeta*, ſub eodem articulo. R.

Hæc dat a: fœmineum primæ tibi nomen in e ſit.
As aut es poſcunt ſibi nomina maſcula primæ.

Reg. ſpeciales ſecundæ Declinationis.

R. NOmina ſecundę deſinentia in er aut us, maſculina ſunt: ut *culter*, *a knyfe*: *nævus*, *a ſpot in the bodie*.

EXCEPT. Fœminina ſunt *vannus*, *a ridle*: *humus*, *the ground*: *colus*, *a diſtaffe*: *alvus*, *the bellie*.

Maſcula ſunt culter nævuſq; & talia cuncta.
Quattuor exceptis vānus, colus ac hum°, alv°.

OBS. Græcorum deſineutium in os, quæ Latini vertunt in us, pleraque maſculina ſunt: ut *Dialogos*, vel *us*: *gyros*, vel *us*, *a compaſſe*. Alia fœminina: ut *periodos*, vel *us*, *a poynt*. Sic *methodus*, *a method*: *Synodus*, *an Aſſemblie*.

Reg. ſpeciales tertiæ Decl.

R. 1. TErtiæ declinationis deſinentia in a & e, neutra ſunt: ut *Diadema*, *a Kings Crowne*: *Cubile*, *a Bed*. REG.

Sit neutrum per a vel per e quicquid tertia [flectit.

R. 2. Deſinentia in o, maſculina ſunt, ut *ſermo*.

Hinc excipiuntur fœminina eaque varia. 1° In io deſinentia verbalia, id eſt, nomina à verbis derivata; ut *Oratio*, *a ſpeach*: *oblivio*, *forgetfulneſſe*, & his ſimilia: ut *Ditio*, *a Commandement*: *portio*, *a portion*: *talio*, *alyke for alyke*. 2° *Caro*, *fleſh*. 3° Hyperdiſſyllaba in do & go deſinentia: ut *formido*, *feare*: *ſartago*, *a frying pan*: at hæc *grando*, *hayle*, quanquam diſſyllabum: hic *harpago*, *onis*, *a cleike*, quanquam hyperdiſſyllabum. R.

Omarib° detur. Verbale io, cum caro vult hæc.
Fœmineis addes, niſi ſint diſſyllaba, do, go.

Attamen

Attamen hæc grando, vclut hic harpago, re-

R. 2. Desinentia in c, l, t, neutra sunt, [*quirit.*
ut *lac*, *milke*: *animal*, *a living creature*: *caput*, *the head.*

Exc. Masculina sunt, *Sol*, *the Sunne*: *mugil*, piscis quidam. *Sal*, *salt*, quod aliquando neutrum est, sed raro. Reg.

Sit tibi c neutrum sic l, t: masculasunto
Hæc tria, sol, mugil piscis, ceu sal, quod & hoc

R. 4. Desinentia per an, in, on, masculina [*vult.*
sunt: ut *Titan*, id est, Sol: *Delphin the Dolphin fish*: *Canon*, id est, Regula: at hæc *sindon*, *small or fine linnen*: hæc *icon*, id est, *imago.* Reg.

Hic an, in, on dant: sindon muliebris & icon.

R. 5. Desinentia per en, neutra sunt: ut *fulmen*, *a Thunder.*

Exc. Masculina sunt, *pecten*, *a combe*: *lichen*, *a sore of ring worme*: *ren*, *live rien*, *the neire*: *attagen*, *a quayle*: *splen* & *lien*, *the melt.* Reg.

En neutrum pono. Mas est cum pectine lichen,
Et ren sive rien, atagen, splen junge licnem.

R. 6. Desinentia in ar, neutra sunt: ut *calcar*, *a spur*: at hæc *lucar*, pro ave, *a lavcrocke* Hæc *baccar*, pro herba, quæ vulgo chirotheca dominæ dicitur.

Obs. *Lucar* cum significat pecuniam, quæ ludis vel histrionibus impenditur: item *bacchar*, vas vinarium, neutra sunt. Reg.

Ar petit hoc. sed lucar avis, cum baccare vult

R. 7. Masculina sunt desinentia in er: ut [*hæc.*
passer, *a sparow.*

Exc. Neutra sunt, 1. Desinentia in er, quæ significant fructum terræ: ut *papaver*, *the chesbow*: *piper*, *pepper*: at

per: at hic *cucumer*, *the cucumber*. 2. *Ver*, *the ſpring tyme*. *uber*, *the uwer*: *ſpinter*, *a breach*: *iter*, *a journey*: *verber*, *a whip*: *tuber*, *a lumpe*: *cadaver*, *a carion*. REG.

Er petit hic. Terræ hoc fœtus, cucumer niſi: ſic
Vber, ſpinter, iter, verber, tuberq; cadaver. (ver

R 8. Deſinentia in *or*, maſculina ſunt; ut *rumor*, *a report*: at hæc *arbor*, vel *arbos*, *a tree*: hoc *cor*, *the heart*: *marmor*, *the marble*: *æquor*, *a playne field*. [*& æquor.*

Hic dat or. Hæc arbor: cor neutrum, vt marmor

R. 9. Deſinentia in *ur*, neutra ſunt; ut *guttur*, *the throat*: at hic *furfur*, *clats*: *vultur*, *a raven*: *turtur*, *the turtle dow*. REG. [*tur.*

Hoc dat ur. hic furfur capiet cũ vulture, tur-

R. 10. Deſinentia in *as*, fœminina ſunt; ut *pietas*, *Godlyneſſe*.

Exc. Hoc *vas*, *vaſis*, *a veſſell*: hic *as*, *aſſis*, *a pound*: hic *adamas*, *an adamant*: ſic *elephas*, *an elephant*: *agragas*, pro monte vel oppido. REG.

As petit hæc. neutrũ eſt vas, vaſis: maſcula ſunt
As, aſſis formãs, adamas, elephaſq; agragaſq; (to

R. 11. Deſinentia in *es*, fœminina ſunt: ut *ſedes*, *a ſeat*.

Except. 1. Maſculina latina: *tudes*, *an hammer*: *poples*, *the ho;h*: *ames*, *an hunters ſtaffe*: *pes*, *the foot*: *paries*, *a wall*: *merges*, *a ſingle of corne*: *palmes*, *a wyne branch*: *limes*, *a march*: *ſtipes*, *a ſtalke*: *fomes*, *nowriſhment*: *trames*, *a way*: *termes*, *an impe of a tree*: *gurges*, *a weile*: *ceſpes*, *a truffe*. 2. Græca, ut *lebes*, *a kettle*. *tapes*, *tapeſtrie*. REG.

Es ſit

Es ſit fœmineum. tudes hic vult, poples & ames
Pes, paries, merges, palmes, cum limite ſtipes,
Et fomes, trames, termes, cum gurgite ceſpes:
Maſculei eſt generis græcũ tibi quicquid in es [*ſit.*

R. 12. Deſinentia in *is*, fœminina ſunt: ut *vallis*, *a valley*: & in *ys*, ut *chelys*.

Exc. Maſculina: *piſcis*, *a fiſh*: *axis*, *an axtree*: *glis*, *a ratton*: *callis*, *a playne gate*: *vermis*, *a worme*: *ſotularis*, *a ſhooe*: *acinacis*, *a culmiſh*: *orbis*, *a trenchour*: *cenchrũs*, quidam ſerpens: *vectis*, *a ſlot*: *poſtis*, *a poſt*: *ſanguis*, *blood*: *faſcis*, *a packald*: *fuſtis*, *a batton*: *menſis*, *a month*: *collis*, *an hill*: *caulis*, *colewort*: *follis*, *a bellowes*: *caſſis*, *a net*: pro galea fœminini generis eſt: *torris*, *a burnt tree*: *pollis*, *flower*: *enſis*, *a ſword*: *delphis*, *a dolphin*: *vomis*, *the ſocke of a plough*: *panis*, *bread*: *funis*, *a cord*: *lapis*, *a ſtone*: *unguis*, *the nayle*: *aqualis*, *a water tub*: *aprilis*, nomen menſis. REG.

Is dabo fœmineis: ſunt maſcula piſcis & axis,
Glis, callis, vermis, ſotularis, acinacis, orbis,
Et cenchris, vectis, poſtis cum ſanguine, faſcis,
Et fuſtis, menſis, collis, caulis quoque, follis,
Et caſſis, torris, quibus addes pollis & enſis,
Sic delphis, cucumis, vomis, ceu panis, & omne
In nis finitum, lapis, vnguis, aqualis, aprilis.

R. 13. Deſinentia in *os*, maſculina ſunt: ut *lepos*, *merriment*.

Exc. 1. Fœminina: *cos*, *a whet-ſtone*: *dos*, *a tocher good*: *arbos*, *a tree*. 2. Neutra: *os*, *oris*, *the mouth*: *os*, *oſſis*, *a bone*. REG.

Os maris

Os marib° detur: cos, dos dabit hæc, ut & arbos,
Hoc os, oris habet: sic os cum postulat ossis.

R. 14. Desinentia in us, neutra sunt; ut *hulcus, a byle.* REG.

Nomen in us ternæ neutrũ dicatur, ut hulcus.

Exc. 1. Fœminina hęc *pecus, udis, a bruit beast*: *subscus, a wedge*: *palus, a poole*: *salus, safetie*: *senectus, old age*: *juventus, youth*: *servitus, slaverie*: *virtus, vertue*: *incus, a smiths studie*. 2. Masculina, *Lepus, an hare*. *mus, a mouse*: *chytrapus, a footed pot*: *tripus, a three footed seat*: composita à *pus*. Versus.

Dat pecus hæc pecudis, subscusq; palusq; salusq;,
Quæq; senex, juvenis, cũ servio nomina donat,
Et virtus, incus. Sed mascula sunt lepus & mus,
Et quæ pus donat, veluti chytrapus, volo jungi.

R. 15. Hoc æs, æris, *brasse*: fœminina sunt *laus, prayse*: *fraus, deceat*: & desinentia in s, præcedente consonante: ut *trabs, a balke*: *puls, pottage*: *hyems, winter*: *mens, the mynd*: *stips, an halfe pennie*: *ars, an Art*.

Exc. Hæc verò masculina sunt; hic *pons, a bridge*: *mons, an hill*: *chalybs, steele*: *dens, a tooth*: *fons, a fountayne*: *seps, a serpent*: *hydrops, the hydropisie*: *seps* pro sepimento, *an hedge*, fœmininum est. Reg.

Hoc æs: laus, fraus hæc; velut s cui consona jun-
[cta est.
Hic pons, monsq; chalybs, dens, fons, seps posc-
[it & hydrops.

R. 16. Fœminina sunt desinentia in x: ut *filix, a fairne*: *pax, peace*: *radix, a root*.

Exc. 1. Polysyllaba in ax & ex, quę masculina sunt: ut *thorax, a breast plate*: *frutex, a shrub*; at hæc *fornax,*

a furnise: *similax*, a kind of wood-bind: *carex*, the wild seg: *halex*, an hairing: *vibex*, the marke of a stroake: *forfex*, a payre of shears: *supellex*, houshold stuffe.

Hæc petit x: polysyllaba in ax & in ex marib⁹ do
Dic tamẽ hæc fornax, similax, carex, velut ha-
Addatur vibex cũ forfex atq; supellex. [*lex.*

2. Excipiuntur etiam hæc masculina; *fornix*, a pend, or vout: *phœnix*, avis unica: *mastix, igis*, a whip: *varix*, a bolden veyne: *bombyx*, a silke worme: *spadix*, scarlet: *orix*, animal ex caprarum genere: *calyx*, an vnspred floore: *calix*, a cup: *grex*, a flocke: *Eryx*, mons Siciliæ: *sandyx*, genus coloris: *volvox*, a kind of worme: Sic composita ab uncia: ut *quincunx*, fyue ounces.

Masculasunt fornix, Phœnix, cũ mastige, va-
Et bõbyx, spadix & orix, calyx q̃, calix q̃, [*rix,*
Grex & Eryx, sandyx, volvox, quodq; vncia
[*præbet.*

Obs. Non solum partes assis quę desinunt in, x, masculini sunt generis; sed & eæ quę desinunt in, ns: ut *triens*, id est, tertia pars assis: quin & composita ex asse: ut *semis, treßis, decußis*. Partes autem assis sunt hę; *uncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx*. As autem constat 12 unciis.

Reg. speciales quartæ Decl.

NOmina quartę in us, masculina sunt: ut *fructus*, fruit.

Exc. Hæc fœminina sunt; *domus*, an house: *porticus*, a gallerie: *idus*, a certayne day of the moneth: *manus*, the hand: *acus*, a needle: *tribus*, a tribe.

Vs mas cùm quartæ est. dom⁹ hæc, ceu portic⁹,
Fœmineis q̃ istis man⁹, ac ac⁹ & trib⁹ adde. [*id⁹.*

Reg.

Reg. ſpecialis quintæ Decl.

NOmina quintæ in es deſinunt et fœminina ſunt, ut *facies, the face: ſpecies, the lykneſſe of a thing:* at hic aut hæc *dies, the day:* hic *meridies, mid-day.* REG.

Fœminei generis ſint omnia nomina quintæ.
Hic quandoq; dies: ſemper dabit hictibi proles.

CAP. III. Obſervationes quædam de Nominibus Subſtantivis.

Obſ. 1. NOmina quędam genus ſumunt à terminatione aut ſaltem authoritate contra regulas generales: ut hæc *Styx, Lethe,* fluvii infernales: hic *Agragas, Croto, Narbo:* hoc *Zeugma, Reate, Tybur, Præneſte:* hic aut hoc *Anxur,* nom. oppid. hic *Sulmo:* hoc *Ceras, adis,* loci nomen: hic aut hæc *Leſbos,* nomen inſulæ: ſic *Abidos,* opp. nom. item arborum nomina: hic *ſpinus, oleaſter:* hoc *thus, acer, robur, ſiler:* hic aut hoc *ſuber.*

Obſ. 2. Sic *proles, ſoboles, bellua, beſtia,* fœminina ſunt: *Animal* neutrum quamvis ſignificant utrumq; ſexum.

Obſ. 3. Quędam contra ſumunt genus à ſignificatione, cum à terminatione ſumere id debeant juxta exceptionem à tertia generali regula: ut *talpa, panthera, dama, grus,* tàm maſculini, quam fœminini generis.

Obſ. 4. Permulta dubii ſunt generis, quæ pro eadem re in vario genere occurrunt. Dixi pro eadem re, quia *Hadria,* & ſimilia non ſunt dubii generis. Nam *Hadria* pro ſinu maris, maſculinum eſt; pro urbe, fœmininum. Dubia in hunc locum conſultò rejecimus, quòd in his ſufficiat tironibus regulam ſequi, donec frequenti auctorum lectione generis varietatem obſervaverint.

Dubia ſecundæ ac nonnulla quartæ.

Carbaſus hic aut hæc tibi dat gr̃ſſuſq; atomuſq;.
Lecythus,

Lecyth⁹ atq; phar⁹, paradiſus, pampin⁹, arquus,
Intybus & ficus, ceu barbitus atque phaſelus,
Sic ſpec⁹ atq; pen⁹: neutra hæc, cũ tertia flectit.
Hic aut hæc libanus, pinus, rub⁹ atq; cupreſſus.
Hic aut hoc vulgus, pelagus conforme ſit illi.

TERTIÆ, o, er, is.

Hic aut hæc margo dices, ſic cardo, cupido.
Sic linter, finis, clunis, cum corbe, canalis,
Anguis & halcyonis, torquis, pulvis, cinis, amnis

S, præcedente conſonante. [*pens,*

Hic aut hæc forceps & adeps, frõs cũ ſcrobe, ſer-
Atq; rudẽs & ſtirps dum truncũ ſignificabit.

X. id eſt, *Sardonyx.*

Hic aut hæc cortex & onyx cũ prole, ſilex, lynx,
Imbrex, calx, ramex, pumex, obicẽ volo jungi,
Atq; culex, natrix: ſunt qui limax quoq; jungũt.

OB. 5. Apud poetas quædam ſunt dubii generis nomina (hæc propria ſeu minus communia vulgò dicuntur) idcircò quòd alterum genus habeant à ſe, alterum à nomine communi, quod poetæ reſpiciunt. Maſculinum à nomine communi (MONS) mutuatur (OSSA) Ovid. *Vtq; dedit ſaltus è ſummo Theſſalus Oſſa.* At ex ſe fœmininum eſt. Sic *Othrys, Lucretilis,* nomina montium. Sequentia ex ſe maſculina ſunt; fœmininum autem mutuantur à nomine communi. *Bubo,* à nomine (*Avis*) Virg. *Solaq; culminib⁹ ferali carmine bubo viſa quer.* *Albula,* fluvii nomen, à nomine (*Aqua*) Ovid. *Tanto eſt Albula pota deo.* *Eunuchus,* à nomine (*Fabula*) Terent. *Quem tranſtulit in Eunuchum ſuam.* *Centaurus,* à nomine (*Navis*) Virg. *Centauro invehitur magnâ.* REG.

Communis proprio quando ⁊ genus lego junctũ.

CAP. IV. *De Adjectivis.*

ADjectivorum declinabilium genus & varietas ex Rudimentis patent. Quædam autem indeclinabilia sunt ut hic & hæc & hoc *frugi*. REG.

Flectitur articulos vox Adjectiva per omnes.

OB. Adjectiva interdum naturam suam amittunt; id est, ex Adjectivis fiunt Substantiva, idque duobus modis: primò, cum subauditur Substantivum; & tum quidem ejusdem est Generis cujus Substantivum subauditum; ut *Molaris*, masculinum est; quia subauditur lapis, vel dens. Sic *natalis*, scilicet dies; *aprilis*, sciz. mensis; *sonipes*, sciz. equus; *torrens*, sciz. amnis; *orions*, *occidens*, sciz. sol: at hæc *continens*, sciz. terra; hæc *biremis*, *triremis*, sciz. navis; *duri bidentes*, sciz. ligones; *lecta bidentes*, sciz. oves. Secundò, cum nihil subauditur: actum quidem Adjectivum Substantivatum erit Neutri Generis. Substantivatur autem Adjectivum in Neutro Genere, tribus modis: 1° Cum exponitur per nomen, *res*. Virg. *Dulce satis humor*; id est, res dulcis. 2° Per nomen, *pars*, ut *antecedens*, *consequens* argumenti; id est, pars antecedens, pars consequens. 3° Per *abstractum*; id est, Substantivum ab Adjectivo derivatum; ut *servantissimus equi*; id est, æquitatis. REG.

Mobile pro fixo, fixum si subsit, habetur:
Idque genus, fixo quod quadrat, mobile poscit.
Quod si non fixum subsit, neutri generis sit.

LIBER SECUNDUS.

De Declinatione Regulari.

REGULÆ GENERALES.

1. COmpositum declinatur ut simplex: *pes*, *pedis*: *bipes*, *bipedis*: at *exanguis*, *centimanus*; & alia ex substantivis

ſtantivis facta adjectiva, à ſubſtantivorũ lege recedunt.

2. In compoſitis rectus caſus declinatur, non obliquus. Rectus eſt nominativus, reliqui obliqui, ſi nominativo diſſimiles.

Sic *Reſpublica, Reipublicæ, the common wealth*: *Plebiſcitum, plebiſciti, plebiſcito*: *Tribunus plebis*: *Tribuni plebis*: *Tribuno plebi*. Sic *Hujuſmodi, cujuſmodi*, adject. indecl. at *alteruter, alterutrius, tri*, &c. De casuum, vel in ſingulari, vel in plurali, ſimilitudine vide Rudimenta.

Annotationes ad primam Declinationem.

PRimæ Declinationis nomina quædam olim genitivum habebant in (*as*) ex quibus hodie reliquum eſt, *familia, familias, a familie*: hinc *pater familias*.

2. In dat. plurali (*abus*) pro (*is*) habent. *Filia, nata, Daughter*: *Mula, a ſhee-Mule*: *Liberta, a free woman ſervant*: *Equa, a Meire*: *Dea, a Goddeſſe*: filiabus mulabus, &c. Vt differant à maſculinis *filius, filiis*: *mulus, mulis*, &c.

Græca primæ in a, as, es, e; *& Hæbræa in* am.

AD hanc Declinationem præter latina in (*a*) ſpectant Græca quadruplicia: in *a*, ut *Oſſa*: in *as*, ut *Æneas*: in *es*, ut *Anchiſes*: in *e*, ut *Circe*: quæ in ſingulari ſic declinantur; *Oſſa*, accuſativo *Oſſam*: & apud Poetas *Oſſan*.

Æneas: accuſ. *Æneam*: & Poetice *Æneân*: vocat. *Æneâ*: in cæteris ut *litera*.

Anchiſes, Anchiſæ, Anchiſæ, Anchiſen, Anchiſe, Anchiſe.

Penelope, Penelopes, Penelopæ, Penelopen, Penelope, Penelope.

Immo hæc eadem declinantur per (*a*) *Anchiſes*, vel *Anchiſa*: *Helene*, vel *Helena*.

Adam, Adæ: *Abraham, Abrahæ*, in genit. & dat. ſed potius *Adamus, mi*: *Abrahamus, mi*.

Annotationes ad ſecundam Declinationem.

1. GEnitivus ſecũdæ Declinationis regulariter pariſyllabus debet eſſe nominativo; ut *liber, libri*: hinc tamen excipiuntur; *Satur, a, um: Saturi, æ, i*: *Vir, viri*: *Trevir, iri*: *Dexter, eri*; & per ſyncopen *dextri*: *Signifer, eri*: *Armiger, eri*: & reliqua compoſita à *gero* & *fero*: quin & alia in (er) deſinentia de quibus hi Verſus: [*ter*

Creſcit ir, ur, gener, et proſper, puer, aſper, adul
Preſbyter atq; tener, miſer, exter, gibber, Iberg
Et lacer atq; ſocer, liger, orta gero, fero, liber
Addimus his dexter, cui ſyncopa fiet, ut aſper

2. Vt Pronomina *ille* aut *is*, declinantur ita & quædam nomina; ut *Vnus, unius, uni*, &c. Verſus.

Vnus, uter, neuter, cum ſolus & ullus & alter
Atque alius, totus flectes pronomen vt ille.

3. Vs vocativum facit, e; ut *ventus*, e: *Cantheriu*
ic, a Gelding.

Exc. 1. *Deus*, O *Deus*, GOD: in nom. plurali *De*
vel potius *Dii*: in dativo *Deis*, vel potius *Diis*. 2° *F*
lius, O *fili*, *a ſonne*. 3° Propria in ius, abjecto (*u*
vocativum etiam formant in (*i*) ut *Georgius*, *Georgi*.

4. Feſta lego per ibus, licet orum dent genitivi
ut *Saturnalia*, *ſaturnaliorum*, vel *ſaturnalium*, *ſaturna*
bus: ſic *Bacchanalia*, *Floralia*, &c.

5. Irregulariter declinantur *ambo*, *duo*, ſingulari c
rent. pluraliter, Nom. *ambo*, *duo*, *ambæ*, *duæ*; *am*
duo: Genit. *orum*, *arum*, *orum*: Dat. *obus*, *abus*, *ob*
Accuſ. *os* vel *o*, *as*, *o*, &c.

Græca ſecundæ in *os* vel *us*, *on* vel *um*, *eus*, *os* atticum.

AD hanc Declinationem ſpectant Græca in (*os*) (*on*) quę Latini vertunt in *us* et *um*: ſic declinant
Periodos vel *periodus*, *di*, *do*: *Periodum* vel *periodon*; *do*,

plur. *Periodi, periodorum* vel *periodon, dis, dos, di, dis.*

Distichon vel *um: chi, cho: distichon* vel *chum: distichon* vel *chum, cho.* pl. *districha, distichorum* vel *distichon*, &c.

2. Item Græca propria in (*eus*) diphthongon desinentia; quę sic flectuntur:

Orpheus: g. *Orpheï*, divisis syllabis, vel *Orphei* per ei diphthongon, vel *Orpheos*. Dat. *Orpheo*, vel *orpheï*. Acc. *Orpheum, Orpheon*, vel *Orphea*. Voc. *Orpheu*. Abjecto s nominativi; (ut supra, *Ænæa, Anchise*; ab *Ænæas*, &c.) Ablat. *Orpheo*.

3. Sunt & Græca quædam in (*os*) longum desinentia, quæ sic declinantur:

N. *Androgeos*: G. *o*: D. *o*: Acc. *on*: Voc. *os*: Abl. *o*: sic *Athos, o*; *Apollos, o*.

Annotationes ad 3. Declinationem.

TErtia Declinatio varias nominativi terminationes habet: atque adeo variam genitivi formationem. De qua in singulis terminationibus ordine dicemus.

A, atis: *Thema, thematis.*

E mutatur in is: *ovile, ovilis, a sheepe folde*: *porcile, porcilis, a swynes stye.* Reg.

Semper amittit atis: vertes e per is genitivo.

3. O, onis: *Sermo, sermonis.*

Excip. 1. Quæ inis habent in genitivo: eaque duplicia sunt: 1° Fœm. in do & go: ut *libido, libidinis, lust*: *hirundo, hirundinis, a swallow*: *fuligo, fuliginis, soote.* at *unedo, unedonis, a crab tree.* Alia etiam faciunt inis: *Virgo, a Virgine*: *ordo, an order*: *margo, a margine*: *Apollo, Cupido*, deorum nomina: *turbo, whirle wind.* Reg.

Additionis post o: dat inis muliebre do go ḡ, Virgo, ordo, margo cū cardine, Apollo, Cupido, Turbo, homo, ceu nemo; tamen unedo postulat onis.

2. *Anio, Anienis*, fluvius. *Nerio, Nerienis*, uxor Martis.

3. *Caro, carnis*, *flesh*. REG.

Enis habent Anio, Nerio: caro dat tibi carnis.

David, Davidis: *Bogud, Bogudis*, propria: *Halec, halecis*: *Lac, lactis*. REG.

Davidis, halecis, lac lactis, Bogudis effer.

L assumit, is: *Animal, animalis*: *Vigil, vigilis*, *a Watch*: *Sol, solis*: at *Mel, mellis*, *Honey*: *Fel, fellis*, *the gall*, l geminant. REG.

Additur is post l: sed lis sibi jungunt mel fel.

N assumit is: *Titan, Titanis*: *Delphin, Delphinis*: *Canon, canonis*.

Exc. Neutrum en, inis, mutato e in i: ut hoc *Fulmen, fulminis*. Item, hic *Pecten, pectinis*: *Tubicen, tubicinis, a Trumpetter*. REG.

Additur is post n, Titan ita flectitur: omne
Donat inis neutrũ, pecten, flamẽ, cano natum.

R assumit is: *Calcar, calcaris*: *Passer, passeris*: *Rumor, rumoris*: *Guttur, gutturis*.

Exc. 1. In ar; *Far, farris*, *Corne*: *Hepar, hepatis*, *the liver*.

2. In er, triplicia: 1° *Imber, imbris*, *a shower*; & compositâ *September, October, November, December*. Item, *Celeber*, & *saluber*. 2° *Cer, cris*, adjectiva; ut *Acer, acris*, *sharpe*: *Alacer, alacris*, *chearfull*: at substantiva regularia sunt; ut *Acer, aceris*, *the Mazer tree*. 3° *Ter, tris*, latina: *Vter, utris*, *a bottle*: *Venter, ventris*: at *Later, lateris*, *a tyle*. Item tria græca; *Pater, patris*: *Mater, matris*: *Linter, lintris*: reliqua servant regulam: *Crater, crateris*, *a Cup*.

3. Anomalia item seu irregularia sunt, *Iter, itineris*: *Iupiter, Iovis*: *Cor, cordis*, *the heart*.

4. *Robur, roboris*, *an Oake*, *or Strength*: *Iecur, jecoris*, vel *jecinoris*, *the liver*: *Femur, femoris*, *the hogh*: *Ebur, eboris*, *Yvorie*. REG.

R ca

R capit is, ſed far, farris dabit: hepatis hepar:
Imber bris cum prole dabit, celeberq; ſaluber:
Mobile cer cris dat, dãt tris ter cuncta latina.
Et pater & mater, linter; dat eris later: & cor,
Cordis; iter, tineris: Iovis optat Iupiter uſq.
Robur oris, jecur, atq; femur tibi præbet eburq.

As, atis: Pietas, pietatis: at hoc *Vas, Vaſis:* hic *Vas, vadis, a Cautioner: Mas, maris, As, aſſis.* Reg.

As atis format. vult mas, maris: as dabit aſſis.
Hoc vas vaſis habet: vas hic vadis exigit uſq.

Es mutatur in is: *Sedes, ſedis: Labes, labis, a blot.*

Exc. 1. Es, edis, penultimâ longâ: *Hæres, hæredis, an Heyre: Merces, mercedis, a Reward:* at *pes, pedis:* hæc *Compes, compedis, a Fetter,* penult. brevi.

2. Es, idis, penultimâ brevi; compoſita à *Sedeo. Deſes, deſidis, ſweir: Obſes, obſidis, an Hoſtage,* &c. Anomalum etiam eſt *Ceres, Cereris,* dea frugum.

3. Es, etis, penult. longâ: *Quies, quietis, reſt: Locuples, locupletis, rich: Manſues, manſuetis,* id eſt, manſuetus.

4. Es, etis, penult. brevi: *Teges, tegetis, a Mat: Seges, ſegetis, growing Corne: Interpres, interpretis, a Trinch-man: Præpes, præpetis, ſwift in flying: Abies, a Firre tree: Indiges, in cœlitum numerum relatus: Perpes, perpetuall: Teres, round: Hebes, dull.* Reg.

Es mutabis in is: merces hæreſque dat edis:
Vult idis à ſedeo natum: locupleſque quieſque
Et manſues etis formant: per etis teges exit,
Et ſeges, interpres, præpes, parieſque, abieſque,
Indiges atq; aries, perpes, teres, ac hebes adde.

Pes, pedis e breviat: Cereriſq; Ceres retinebit.

5. Es, itis, penultimâ brevi: hic *Tudes, tuditis:* hic & hęc *Miles, militis, a Souldiour.* Et omnia reliqua maſculina & communia in es de quibus nihil dictum. Præter hic *Verres, Verris:* hic & hæc *Vates, vatis, a Prophet, or Propheteſſe.* Verſus.

Dic verres verris, vates vatis. peritis fit
Communis generis non dictum ſive marini.

Is in genitivo non mutatur. Hęc *Vallis,* hujus *Vallis:* hic *Panis,* hujus *panis.*

Exc. 1. *Cuſpis, cuſpidis, the poynt of a Weapon: lapis, lapidis, a ſtone.*

2. *Dis, ditis, rich:* lis, litis, *ſtryfe:* Samnis, Samnitis, *gentile:* Quiris, Quiritis, id eſt, Romanus, penult. longâ.

3. *Glis, gliris.*

4. *Cinis, cineris:* Vomis, Vomeris: Pulvis, *pulveris:* quia hæc olim deſinebant in er.

5. *Sanguis, ſanguinis:* Pollis, *pollinis:* quia olim *ſanguen, pollen.* Reg.

Is non mutabo. dant dis cuſpis, lapis: itis
Dis, lis, atq; Quiris, Sānis: glis, glirishabebit.
Quod dedit er dat eris: quod in (n) fuit, ut prius
effer.

Os, otis. Cos, cotis: Dos, dotis.

Exc. 1. Os, oris: hæc glos, gloris, *a good ſiſter:* mos, moris, *an Vſe:* ros, roris, *dew:* flos, *a flower.* Item quę deſinunt in os vel or: *labos* vel *labor, laboris: honos* vel *honor, honoris:* at *arbos* vel *arbor, arboris,* penult. brevi. Item os, oris, *the mouth:* at os, oſſis, *a bone.*

2. Hic & hæc bos, bovis, *an Oxe or Cow:* cuſtos, cuſtodis, *a keeper.* Reg.

Os otis format. glos, mos, ros, flos facit oris:
Quod dedit or, faciet veluti prius: os habet oris.

ossis os, at custos, custodis: bos bovis optat.

Vs, oris, penult. brevi; ut *frigus, oris, colde: pecus, oris, Cattell*: at hæc *pecus, udis*, penult. brevi. Comparativa neutri generis penultimam producunt, quemadmodum commune in or; ut *pejus, pejoris.* Reg.

Vs tibi mittit oris. pejus pejoris habebit.

Exc. 1. Vs, eris. *ulcus, ulceris, a byle: Vellus, a fleece: Venus,* dea amoris: *Genus, kindred: Viscus, the bowels*: At *viscus, visci, glew*: *acus, chaffe: fœdus, a covenant: scelus, a great cryme: pondus, a weyght*: *vulnus, a winde*: *munus, a gift*: *onus, a burden*: *sidus, a starre*: *latus, the side*: *opus, a worke*: *funus, a buriall*: *rudus, a lumpe of fallen stones.*

2. Vs, udis, penult. longâ: *Incus, incudis: subscus, subscudis: palus, paludis.* Vers.

Dant eris hulc°, olus, vellus, Venus & gen°, atq
Viscus, acus, fœdus, scel° & cũ pondere, vuln°,
Munus, onus, sidus, latus, ac opus & vetus addo,
Et funus, rudus: subscus, incus, palus, udis.

3. Vs, uris, penult. longâ: *Tellus, telluris,* dea terræ; & monosyllaba, *jus, juris, right or law*: *thus, thuris, incense*: at *grus, gruis*: *sus, suis.* His affine est *Ligus,* vel potius *Ligur, liguris,* penult. brevi; in Liguria natus.

4. Vs, utis, fœm. non dicta: *salus, salutis*: *juventus, juventutis,* &c. *Intercus* adjectivum facit *intercutis,* penult. brevi; ut *morbus intercus, the dropsie.* Vers.

Vris habet tellus, veluti monosyllaba; grus, sus
Dant uis: ast utis muliebria catera formant,
Dat pecudis pec° hæc. Intercutis (u) breviabit.

Vocales ante s jam fuerunt, succedunt diphthongi & consonantes. Reg. [dis.

Æs, æris: pras, prædis habet: laus, fraus, dat au-

Nomina in (bs) & (ps) formant genitivum in bis & pis, posito (i) ante (s) ut *Plebs, plebis, the common people: Seps, sepis, an Hedge*. REG.

Plebs, plebis format, seps optat sepis habere.

Obs. Polysyllaba habentia e ante bs aut ps (e) vocalem mutant in (i) genitivo; ut *Cœlebs, cœlibis, vnmarried: Forceps, forcipis.* At *Auceps, aucupis, a Fowler.* VERS.

E per i mutabũt polysyllaba: dat cupis auceps.

Hyems, hyemis, Winter: Puls, pultis, Pottage: Caput, capitis: Sinciput, the fore-head: Occiput, pitis, the hind head: sic cõposita adjectiva, *Biceps, bicipitis, two-headed: Præceps, pitis, headlongs: Anceps, pitis, doubtsome*. REG.

Dic hyemis, pultis, capitis, cipitis dabo proli.

Nomina in (ns) & (rs) faciunt genit. dempta s, & addita tis; ut *Mens, mentis: Lars, lartis,* non *Lar,* proprium Imperatoris. *Elmyns, Tyrins, this,* aspirantur. REG.

Ns, aut rs, s demens, tis dabit apte.

Exc. Quæ *dis* habent, *Glans, glandis, an Acorne*: & compositum *Iuglans, a Wall-nut*: *Nefrens, nefrendis, a Gryce*: *Lens, lendis,* pro vermiculo capitis; at *Lens, lentis,* pro legumine: *Frons, frondis,* pro folio arboris; at *Frons, frontis,* anterior pars capitis: *Libripens, libripendis,* qui stipendium pendit militibus. Item composita à *Cor*; ut *Misericors, misericordis, mercyfull: Concors, concordis, agreeing: Discors, discordis, disagreeing.* Nota. *Iens, euntis*; *Quiens, queuntis,* participia; at *Ambiens, ambientis.* VERSVS.

Dis vult glans, nefrens, capitis lens, & folium
Libraq; cum pẽdo, & quod cor faciet tibi nomẽ,
Vntis habẽto quiens & iens; legẽ ambio spernit.

Nomina in x definentia, mutant x in cis: *Pax, pacis:*

Perdix, perdicis, a Partridge.

Exc. 1. Quædam formant genitivum in gis: *Lex, legis, a Lawe: Frux, frugis, Corne: Aquilex, aquilegis, a Well maker: Rex, regis, a King: Grex, gregis: Remex, remigis, a Rower: Impetex, impetigis, a Ring-worme: Conjux, conjugis, the Husband, or Wyfe.* 2° *Senex, senis, olde: Nox, noctis, the night: Nix, nivis, Snow.* REG.

X in cis muto. per gis, lex, frux, aquilex, rex,
Impetigi jungas grex, & cum remige conjux.
Dic nivis & noctis, senis; à nix, nox q; senex q;.

OBS. Polysyllaba in ex, mutant (e) in (i) in genitivo: *Vertex, verticis: Remex, remigis*: at *Myrmex, myrmecis*, prop. servi: *Vervex, Vervecis*; inde *Vervecina, Mutton: Aquilex, aquilegis: Halex, halecis: Resex, resecis*; id est, palmes subsidiarius: *Lelex, Lelegis*, proprium viri: *Celex, Celecis*, fluvius: hæc *Supellex, supellectilis.* VERS.

E, per (i) mutabunt polysyllaba; quã retinebunt
Myrmex & vervex, aquilex, halex q; resex q;
At q; Lelex, Celex: ctilis optat habere supellex.

De Accusativo Sing.

ACcus. singularis desinit in em; ut *Sermo, sermonem.*

Exc. 1. Quædam mittunt accus. in (im) *Vis, vim, force: Cucumis, cucumim, the Cucumber*: Ravis, *ravim, hoarsnesse: Tussis, tussim, the hoste: Sitis, sitim, thirst.* VERS.

Im dant vis cucumis, ravis, tussiq;, sitiq;.

2. Quædam in (em) vel (im) ut *Buris, burem*, vel *rim*, &c. *Buris, the stilt of the plough*: Pelvis, *a Bason*: Securis, *an Axe*: Puppis, *the hinder parte of a Shippe*: Turris, *a Towre*: Restis, *a Corde*: Febris, *a Fever*: Pestis, *the Pest*: Navis, *a Ship*: Bipennis, *a two-edged Axe.* VERS.

Em dat & im buris, pelvis cum clave, securis.

Et puppis, turris. restis, sic febris, aqualis,
Sic pestis, navis, torquis, conjunge bipennem.

De Ablativo Substantivorum.

Ablat. Substantivorum desinit in (e) *sermo, sermone*. R.
Sextus e donabit fixis, ceu mucro mucrone.

Excipiuntur primò: Quę mittunt ablativum in (i) tantùm; qualia sunt, 1° Neutra in al, ar, vel e; ut *Animal, animali*: *laquear, laqueari, the sylring of an house*: *mare, mari, the sea*. Ovid. tamen *mare* dixit metri gratia: at *sal, jubar, hepar, far, nectar*, mittunt ablativum in e; *sale, jubare*, &c. Sic & masculina in al vel ar; *Cæsar, Cæsare*: *Hannibal, Hannibale*. 2° Nomina mensium; ut *aprilis, aprili*: *september, bri*. 3° Quæ mittunt accusativum in im; ut *tussis, tussim, tussi*. Vers.

Vectigal, laquear, præsepe & talia neutra
I dant. Sal, hepar, far, nectar deme jubarq;.
Mẽsib° (i) tantũest, ut queis (im) quart° habebit

Secundò; Excipiuntur quæ habent abl. in (e) vel (i) quæ sunt duplicia: 1° Mittentia acc. in (em) vel (im) ut *Buris, burem* vel *burim, bure* vel *buri*. 2° Hęc nomina *finis, fine* vel *fini*: sic *fustis*: *pugil, a kempe*: *vigil, a watch*: *imber, rayne*: *neptis, a neece*: *trides, a three forked scepter*: *classis, a navie*: *strigilis, an horse combe*. Cętera notę sunt significationis. [*(im) sit*

Sext° (e) donat et (i) cũ quart° in (em) vel in
I vel e dant finis, fustis, pugil, & vigil, imber,
Vnguis, avis, postis, vectis cum nepte, supellex,
Atq; trides, classis cũ civis et amnis et ignis,
Sic anguis strigilis, strigili; vix strigile dicã.

De Ablativo Adjectivorum.

ADjectiva quæ neutrum in (e) habent, mittunt abl. in (i) tantùm; ut Nom. hic & hæc *dulcis*, & hoc

dulce, abl. *dulci*: at poetæ interdum *dulce*: *Cæleſte* in abl. Reliqua adjectiva habent (e) & (i) *felix*, *felice* vel *ci*, *melior*, *melıore* vel *ri*: at *pauper*, *paupere* tantùm: ſic *ſoſpes*, *ſoſpite*, *ſafe*: *hoſpes*, *hoſpite*, *an hoaſte*, *or gueſt*. De Nomine (plus) vide Lib. 3. Reg.

Mobile ſi neutrum per e flectet, ſextus in (i) ſit.
Mobilib° reliquis (e) vel (i) dabo; ſi tria demas.

De Nom. Accuſ. & Voc. Plur. in Neutris.

NOminativus pluralis neutrorum habet *a*, aliquando *ia*.

A tantùm habent ea quorum abl. ſing. fuit in (e) tantùm; *Corpus*, *corpore*, *corpora*, *a bodie*.

ia habent quorum ablativus ſing. habet (i) ſolùm; vel (i) & (e) ſimul; ut *Mare*, *mari*, *maria*: *Felix*, *felice*, vel *felici*, *felicia*.

Exc. 1. *Vetus*, *vetere* vel *ri*, *vetera*, hinc G. P. *veterum* tantùm. 2° Comparativa; ut *Melius*, *meliore* vel *meliori*, *meliora*. Reg.

Quod dedit (i) ſexto (niſi cõparat) hoc ia ponit.
Si verò ſolùm dat ſextus (e) non (ia) pones.

De Genitivo Plurali.

HIc latina triplicia ſunt vel enim mittunt genitivum in (ium) tantùm, vel (um) tantùm, vel (um) aut (ium)

De Genitivo in [ium] tantùm.

QVÆ mittunt abl. ſing. in (i) tantùm, vel in (i) aut (e) ſimul, mittunt, genit. plur. in (ium) ut *Animal*, *ali*, *alium*: *Imber*, *bre* vel *bri*, *brium*: *Felix*, *ce* vel *ci*, *cium*: *Dulcis*, *ci*, *cium*.

Excipiuntur hinc, 1° Comparativa; ut *Melior*, *ore*, vel *ort*, *orum*. 2° Alia, ut *Vigil*, *vigilum*: *pugil*, *lum*: *memor*, *memorum*, *myndfull*: *dives*, *itum*; *rich*: *ſtrigilis*, *ſtrigilum*: *inops*, *inopum*, *poore*: & compoſita

l, r, es, is, ps, rs, x.

ſita *capio*: ut *Particeps, participum, partaker: Municeps, municipum, a Citizen of a free Burgh: Conſors, conſortum, a fellow, or match: Supplex, ſupplicum, humble: Opifex, opificum: Artifex, artificum.* Hæc enim quanquam mittant abl. ſing. in (e) vel in (i) genit. tamen plur. mittunt in (um) ut *Vigil, le,* vel *li, vigilum:* ut ſupra.

Obs. Pleraque ex his ideo mittunt genit. plur. in (um) ut differant à ſubſtantivis his, *Conſortium, ſupplicium, artificium, opificium, municipium,* &c.

De genitivo in [um] tantùm.

SI ablat. ſing. deſinat in (e) tantùm, genit. pluralis deſinit in (um) ut *Mucro, mucrone, mucronum.*

Excipiuntur hinc: 1° *As, aſſium,* ejuſque partes, *triens, deunx,* &c. Item compoſita *Semis, ſemiſſium,* &c.

as, is, os, us, bs, &c. or, x.

2° Multa monoſyllaba; ut *Mas, marium,* & cætera monoſyllaba latina in as deſinentia: ſic *Glis, glirium: Lis, litium: Cos, cotium: Dos, dotium: Os, orium* (at rarò) *Os, oſſium: Mus, murium: Trabs, trabium: Mens, mentium;* & reliqua monoſyllaba deſinentia in (s) præcedente conſonante. His adde *Cor, cordium: Faux, faucium, the throat: Nix, nivium: Nox, noctium:* ſic polyſyllaba in (ns) ut *juglans, neſtens.* Excipiuntur & alia polyſyllaba, quorum alia creſcunt in genit. ut *Samnis, ſamnitium: Cohors, cohortium:* alia non creſcunt; ut *Caro, carnium: Uter, utrium: Linter, lintrium;* & deſinentia in (es) ac (is) quæ non creſcunt; ut *Sedes, ſedium: Vallis, vallium.* Pauca tamen excipiuntur. Versus.

Um dant iſta canis, juvenis, vates volucriſq;:
Forte etiã panis, ſoboles, cumq; indole proles.

De genitivo in [um] vel [ium]

QVidam genitivi in (um) vel (ium) uſitati ſunt etiam apud oratores; ut *Apum* vel *apium, Serpentum* vel *ſerpentium, Optimatum* vel *optimatium, Locupletum* vel *locupletium.*

Obs.

Obs. Quæ carent numero ſing. genit. *formant* à ſing. ficto. Hac ratione (ium) faciunt *Fores, forium*: *Manes, manium*: *Alpes, alpium*. Contra (um) ſolùm faciunt, *Lemures, cælites, majores*, &c. *Opes* pro divitiis analogiam non ſequitur, ejus enim genit. plur. eſt opum à ficto ſing. *ops*.

Regulæ genitivi pluralis.

Præbet (ium) patrius, ſi ſextus in (i) fuit ante.
Si ſextus fuerit per (e) tantùm, patrius (um)

De Dativo. [*dat.*

Dativus pluralis deſinit in ibus; ut *Mucro, mucronibus*: at *Bos, boum, bobus* vel *bubus*. Reg.

Tertius eſt in ibus. bos bobus flecto boumque.

De Accuſativo in non neutris.

Hic Accuſativus deſinit in es; *Mucro, mucrones*.
At quorum genitivus fuit in (ium) in accuſativo habent (es) vel (eis) ut *Pars, partium, partes* vel *parteis*: *Omnes, omnium, omnes* & aliquando *omneis*. Quidam ſcribunt per i longum; *Partis, omnis*. At Tralleis, Sardeis tantùm. Reg.

Cũ Genitivus (ium) dat, quartus in (eis) quoq;

De græcis tertiæ declinationes. (*fiet.*

Græca plurima ad tertiam declinationem ſpectantia multùm recedunt à latinorum analogiâ; ſiquidem. 1° Mittunt pleraque genit. ſing. in (is) vel (os) ut *Thema, thematis* vel *thematos*: *Pan, Panis* vel *Panos*. 2° Accuſativum ſing. in (em) vel (a) plural. in (es) vel (as) ut *Gigas, gigantis* vel *os, gigantem* vel *giganta, gigantes* vel *gigantas*: ſic alia permulta creſcentia in genit. 3° Genit. plur. in (um) vel (on) *Hæreſis, hæreſeos, hæreſeum* vel *hæreſeon*. 4° Quæ in (s) deſinunt (præſertim propria) ſæpe (s) abjiciunt in vocativo: ut ſupra in 1ª & 2ª. *Paris*, ô *Pari*: *Pallas*, ô *Palla*; viri proprium: at *Pallas*, ô *Pallas*, ſapientiæ dea.

Græca

Græca fœm. in (o) genitivum formant per (us) reliquos casus per o. *Dido* gen. *Didus* dat. accus. vocat. abl. *Dido*. Sic *Manto, Calypso*, &c.

Græca in (on) plerumque mittunt genit. in ontis; ut *Phaeton, Phaetontis*.

As, antis, masculina. *Calchas, Calchantis*.

As, adis, fœminina & communia. *Pallas, Palladis*: *Lampas, lampadis, a Lampe*: hic & hæc *Arcas, Arcadis, gentile*. Item *Arcas, puer*.

Es, etis, penult. longâ. *lebes, lebetis*: *tapes, tapetis*: *Cres, cretis*: *Chremes, Chremetis*: & interdum *Chremis*.

Is, idis. *pyxis, dis, a Boxe*: *Æneis, Æneidis* vel *Æneidos*. *Paris, Parisdis* vel *Paridos* vel *Paris*: accus. *Paridem, da, Parim* vel *rin*: voc. *Pari*: abl. *Paride* vel *Pari*. Sic flectenda sunt *Daphnis, Alexis*, &c.

Is (ios) vel (eos) accus. (in) vel (im) abl. (i) *Hæresis, hæreseos* vel *hæresios, hæresim* vel *hæresin, hæresi*.

Obs. Multa alia in is, præsertim imparisyllaba, acc. et abl. sing. ita formant; ut *Phthisis, im*, vel *in*; abl. *i*.

Is, inis. *Salamis, Salaminis*.

Is, entos. *Simois, Simoentos*, fluvius Troiæ.

Ys, yos. *Capys, Capyos*, Viri proprium. *Tethys, yos*, dea maris. *Chelys, an Harpe*. Acc. *chelyn*: abl. *chely*.

Os, ois. *Tros, Trois*: *Thos, Thois*: *Heros, Heros*: *Minos, Minois*.

Vs, untis. *Hydrus, Hydruntis*: *Amathus, Amathuntis*; & aliquot alia locorum nomina.

Vs, odis; ut *chytrapus, odis*; *tripus, odis*.

Ax, actis. *Hylax, actis*; *Astyanax, Astyanactis*.

X, gis. *Sphinx, Sphingis*.

Annotationes ad Declinationem quartam & quintam.

1. QVartæ Declinationis genit. sing. sæpe invenitur in uis apud Comicos. Terent. *Ejus anuis causa, quæ erat mortua*,

Obs.

Obs. Hujus rei causa est, quia nomina quartæ declinationis olim flectebantur per tertiam, ut *grus* & *sus*: nunc verò contracta in quibusdam casibus, novam declinationis faciem induunt: *manus, manuis*, contractè *manus*: *manuem*, contractè *manum*: *manue*, contractè *manu*: *manues*, contractè *manus*.

2. *Vbus* pro *ibus* in dat. plur. habent ista, *acus, acubus*: *arcus, arcubus, a bow*: *artus, artubus, a joynt, or member*: *ficus, a fig*: *lacus, a loch*: *partus, a birth*: *portus, an harberie for shippes*: *quercus, an oake*: *specus, a denne*: *tribus, veru, a speit*. a.f.l.p. q.l.t.v.

3. Ibsus: Gen. Iesu: Dat. Iesu: Accus. Isum: Vocat. Iesu: Abl. Iesu.

4. Quintæ Decl. Gen. apud Poëtas invenitur contractus in (*e*) longum vel (*i*) ut *dies, diei*: vel poëticè, *die*, aut *dij*. Virg. *Libra die somnique pares ubi fecerit horas*.

LIBER III.

HActenus declinatio regularis: Heteroclita sive Irregulariter, declinata sunt triplicia: *Variantia, Defectiva*, & *Abundantia*. *Variantia* sunt triplicia: 1° Variant genus tantùm: 2° Declinationem tantùm: 3° Genus & Declinationem.

Variantia genus tantùm sunt quadruplicia: 1° In sing. sunt masculina, in plur. neutra: *Dindymus, Dindyma: Ismarus, Ismara: Mænalus, Mænala: Gargarus, Gargara: Taygetus, Taygeta*, montes: *Pangæus: Tænarus*, promontoria. *Avernus*, lacus. Appellativa etiam, hic aut hæc *barbasus, a sayle*: *sibilus, hissing*: *Tartarus, the Hell*: at hic *locus*, hi *loci*, vel hæc *loca*: hic *jocus*, hi *joci*, vel hæc *joca*: hic *cætus*, hi *cæti*, vel hæc *cæte*. Vers.

Masculа sunt primo numero, sed neutra secũdo
Dindymus, adde loc°, sic Ismarus, & joca, cæt°,
Mænala,

Mænala, Tayget, ceu Tartara, Gargara, Aver
Sibila, Pägæus: ſic Tænara, carbaſa flecte. [*nus.*

2° In ſing. fœminina, in plur. neutra ſunt: hæc *Pergamus, mi*: hæc *Pergama, orum*: hæc *ſupellex, ectilis*, ab antiquo *ſupellectile*: unde etiam hęc *ſupellectilia*. Plura etiam obliquos formant ab antiquis nominativis: ut *Jupiter, Jovis*, ab antiquo *Jovis*, &c. REG.

Hæc prius, hæc poſt dăt tibi Pergamo atq; ſu- [*pellex.*

3° In ſing. neutra ſunt, in plur. maſculina: hoc *Elyſium, ſii*: hęc *Elyſia, ſiorum*; ſedes bonarum animarum: hoc *Cælum*; plur. hi *Cæli, Cælorum*, HEAVEN: hoc *Argos*; plur. hi *Argi, Argorum*, oppidum Græciæ.

4° In ſing. neutra, in plur. maſcul. vel neutra ſunt: *filum, fili*, vel *fila*, *a threed*: *frænum, fræni*, vel *fræna*, *a brydle*: *raſtrum, raſtri*, vel *roſtra*, *a ſpade*: *capiſtrum, capiſtri*, vel *capiſtra*, *an halter*: *clauſtrum, clauſtri*, vel *clauſtra*, *a cloyſter*. REG.

Elyſium, cælum pluraliter i dat & argos.
Plurali numero ſunt maſcula, neutra ve frænũ,
Et filum, clauſtrũ, raſtrum, cõjunge capiſtrum.

5° *plus* in ſing. neutrum, in plur. omnis generis adjectivum, quod ita inflectitur. Sing. hoc *plus, pluris*: Dat. caret: Acc. *plus*: Voc. *plus*: Abl. *pluri*. plur. Nom. Acc. Voc. hi & hę *plures*, & hęc *plura*, vel *pluria*: Gen. *plurium*: Dat. & Abl. *pluribus*. REG.

Eſt primo numero neutrum, plus omne ſecũdo.

2° Quæ variant Declinationem tantùm ſunt tria: hoc *vas, vaſis*: hęc *vaſa, vaſorum*: hoc *jugerum*, i, o: pluraliter, hęc *jugera, jugerum*, *an acre of land*. Dicitur etiam in ſing. *jugeris* & *jugere*: item *domus*, quod ita flectitur; hęc *domus*; hujus *domus*; huic *domo*, vel *domui*; hanc *domum*; ô *domus*, ab hac *domo*, plur. hę *domus*;

harum

harum *domorum*, vel *domuum*; his *domibus*; has *domos*: ô *domus*; ab his *domibus*. REG.

Tolle me, mu, mi, mis, ſi declinare domus vis.

OBS. Domi adverbium potiùs eſt, quam genitivus.

3° Quę variant Genus et Declinationem tria ſunt; hoc *epulum, li*, a banquet: hæ *epulæ, arum*, ordinarie cheare: hoc *delicium, cii*; hæ *deliciæ, arum*, dayntes: hoc *balneum, ei*: hæ *balneæ, arum*, vel hæc *balnea, orum*.

DE DEFECTIVIS.

DEfectiva ſunt triplicia: 1° Indeclinabilia; id eſt, carentia variatione caſuum. 2° Caſu aliquo deficientia. 3° Altero numerorum.

2. De defectivis in genere tria notanda ſunt: 1° Multa carere vocativo, quòd rem ſemper abſentem ſignificent, qualia ſunt interrogativa; ut *quis, qualis, quantus*: ſigna diſtributiva; ut *quiſque*: infinita; ut *aliquis, ſiquis*: negativa; ut *nemo, nullus, neuter*: relativa; ut *qui, qualis*: & pleraque pronomina, ut monuimus in Rudimentis. 2° Multa carere plur. numero, eò quòd ipſorum ſignificatio pluralem nō admittat, aut ejus uſus rarius occurrat. Huc ſpectant pleraque propria; ut *Roma, Petrus, Oſſa*: item appellativa multa; ut *lac, piper, argentum, pueritia, juventus, caſtitas*; allaque ejuſmodi vitiorum, virtutum, ætatum nomina. Et multa quintæ; *glacies, macies*. 3° Multa carere ſingulari numero, quòd ſemper res plures ſignificent; *poſteri, majores, minores, opes, divitiæ*. Huc ſpectant numeralia cardinalia; *duo, tres, quatuor*: & diſtributiva; *ſinguli, bini, terni*, &c.

DE INDECLINABILIBVS.

INdeclinabilia ſunt hęc: 1° Nomina quartę in (u) in ſing. non declinantur; ut *cornu*. 2° Omnia ſing. in (i) ut *ſinapi, muſtard*. 3° Numeralia cardinalia à *quatuor* ad *centum*. Reliqua verò declinantur; ut *unus, duo, tres, ducenti, trecenti*, &c. Sic mille ſubſtantivum in plur. declinatur; *millia, ium, ibus*: at adjectivum, hi & hæ & hæc

mille, indeclinabile est. Huc referuntur, *tot, quot, totidem, quotcunque, quotquot*; quæ numerũ indefinitè significant. 4° Voces materialiter sumptæ, de quibus lib. primo. 5° Nomina literarum, ut *alpha, thetæ*. Reg.

Nomen in (u) nullum numero variabo priore,
Nusquã nomẽ in (i) numeroſq; notaſq; reflecto.
Hinc duo, tres, unus volum⁹ cum millia demi,
Et quæ dat centum: teſtem tibi pono ducenti.

Indeclinabilia etiam sunt, *nugas, a clayerer: fas, lawfull: præſto, preſent: neceſſe, neceſſarie: cæte, a whale: tempe, a pleaſant place in Theſſalie: nefas, vnlawfull: opus, needfull*: *damnas*, id est, *damnatus*: *cæpe, an onyon*: *pondo*, u triusque numeri, *a weyght*: *pedum, a ſhepheards club: nequam, vnprofitable: nil, nihil, nothing: virus, poyſon*: *ador*, frumenti species.

Non declinantur nugas, fas, præſto, neceſſe,
Cum cæte tempeq; nefas, opus, addito damnas,
Cæpe & pondo, pedum, nequã, nil, virus, adorq;

Huc spectant Barbara nec Latina nec Græca, ut *Bel, Aminadab*. Et voces quædam obscuræ & ignobiles, ut *hir, frit, git, ſubtal*, & propria *cim, iſpal, nepet*, quibus adde *moly*, nomen herbæ.

Barbara Latinâ terminatione donanda sunt, ut *Iob, Iobus*: *Ioſeph, Ieſephus*.

De Casu deficientibus.

CAsu deficientia ad quatuor classes revocantur. Primæ classis sunt quæ Nominativo & Vocativo carent: *frugis, dapis, delicate meates*: *precis, prayer*: *primoris*, id est, primi & principalis: *Opis*, id est, auxilii; at pro Dea terræ *Ops* integrum est: *vicis, a chaunge, or courſe*. Reg.

Vix retinent rectũ frugis, dapis & precis adde.

Cum

Cũ primoris, opis (nisi quando est diva) vicisq.

Secundæ classis sunt quæ ablativum solum admittunt. *Natu* (ut maximus natu) eldest: *impete*, by force: *promptu*, in readinesse: *astu*, by subtiltie: *permissu*, by permission: *injussu*, *diu*, *interdiu*, in the day tyme: *noctu*, in the night tyme. Videntur potius adverbia. Reg.

Sunt ablativi soli natu, impete, promptu,
Astu, permissu, sponte & cum flamine, jussu.

Tertiæ classis sunt ea quæ carent genitivo, Dat. & Abl. pluralibus, qualia sunt: 1o Nomina quintæ declinationis, prêter *res* & *dies*. 2o *Ius*, the Law: *thus*, Incense: *as*, *hordeum*, barley: *far*, *forum*, a market place: *rus*: mel. Reg.

Plurali numero cum sexto tertius absit,
Et patrius quintæ: res atque dies capis inde.
Talia sunt jus, thus, as, hordea, far, fora,
[rus, mel.

Quartæ classis sunt 1o *cætera*, *rum*, the rest; sine masculino genere in nominativo: 2o *lues*, *luem*, *lue*; sine genit. & dat. 3o *Vis*, sine dativo sing. in plural. *Vires*, integrum est. 4o *Tantundem*, *tantidem*, as much; sine dat. & abl. 5o *Satias*, satietie, *satiatẽ*: sine genit. dat. & accus. Item *fors*, *forte*, fortune. 6o *Ganeo*, *ganeonem*; sine genit. dat. & abl. 7o *Specus*, tertiæ declinationis: item *aleo*, a dycer, & *expes*, hopeless: solummodo admittunt casus rectos. Atque hæc singularia sunt. Quæ sequuntur, pluralia sunt, *verua*, *verubus*, sine gen. plurali: *suppetiæ*, *suppetias*: *inficiæ*, *inficias*, denying; cæteris carent. Huc spectant & defectiva quæ partim singul. sunt numeri, partim pluralis; ut *dica*, *dicam*, *dicas*, a processe: *macte*, *macti*, ut *Macte puer virtutẽ nova*: hujus *gratis*, ab hac *gratẽ*; has *grates*, thanke.

Atq; hactenus defectiva carentia casu aliquo, succedunt carentia altero numerorum. Eaque duplicia sunt, vel enim carent numero plurali vel singulari.

Carentium plurali alia sunt masculina, alia fœminina, alia neutra.

PLVRALI CARENTIA.

1. MASCVLINA. *AER, the aire: fimus, dung: vesper, the euening: pontus, the sea: æther, the firmament: sopor, sleepe: cœstus, a kind of weapon: limus, slyme.*

Aer, nemo, fimus cum vespere, pontus & æther,
Et sopor & cœstus, limus cum sanguine, pulvis.

2. FŒMININA. *Fama, fame: salus, safetie: pituita, flegme: lues, an infection: tellus, the earth: pubes, youth: humus, the ground: fames, famine: tabes, a consumption: bilis vel cholera, choler: sitis, thirst: tussis, the hoaste.*

Fama, salus, tellus, pubes, pituita, luesq́,
Sic humus atque fames, tabes cum bile, sitisq́.
Hinc cholera & tussis reliquis mulierib⁹ adde.

3. NEVTRA. *Ver, the spring tyme: pelagus, the sea: barathrum, the hell: viscum, bird lime: nihilum, penum, victuals: lethum, death: justitium, the lawyers vacants: fel, the gall: cœnum, myre, or tough clay: vulgus, the common people: gelu, frost: gluten, glew: salum, the sea: nitrum, salt-peter: lutum, hilum, the blacke of a bone: ebur, the yvorie bone: virus, macellum, the market place: fascinum, a bewitching: album, a catalogue.*

Ver, pelagus, barathrum, viscum, nihilumq́, penumq́,
Lethum, justitium, fel, cœnum, vulgus & halec.
Adde gelu, glutenq́, salum, nitrumq́, lutumq́,
Hilum,

Hilum, ebur & vir°, jubar & fas, adde macellu.
His neutris conjunge nefas, sic fascinũ & albũ.

Singulari carentia.

SIngulari carent quintuplicia nomina: 1° Nomina festorum; ut *Bacchanalia*, id est, festa Bacchi: *Vulcanalia*, id est, festa Vulcani. 2° Nomina ludorum; ut *Circenses, Apollinares.* 3° Multa nomina librorum; ut *Georgica, Bucolica, Annales.* 4° Vrbium, populorum & locorum quædam; ut *Athenæ, Gabii, Seres, Cares*, &c. Et his similia; *Luceres, Tatienses, Alpes, Ceraunia, Vetera.* 5° Alia quàm plurima, quorum quædam sunt masculina, quædam fœminina, quædam neutra.

Singulari carentia.

1. MASCULINA. *Cancelli, a tirlesse:* **cani**, *gray hayrs:* **natales**, *nobilitie of blood:* **penates**, *houshold gods:* **fasti**, *festuall books:* **menses**, pro menstruis: **sentes**, *thorns:* **fasces**, *a bunsh of wands, carried before the Magistrate:* **loculi**, facculi pecuniarii: **pugillares**, *wryting tables:* **antes**, *the first ranke of wynes:* **coditilli**, epistolæ aut libelli: sic **Aborigines**, antiqui Italiæ populi.

Cancelli, cani natales atque penates
Cum fastis, menses, sentes, fasces, loculique,
Atque pugillares, antes, sic codique cilli.

2. FŒMININA. **Feriæ**, *holie dayes:* **opes**, *wealth:* **scopæ**, *a beasome:* **nonæ, idus, kalendæ, dies** mensis: **copiæ**, *an armie:* **excubiæ**, *watches:* **gerræ**, *olavers:* **diræ**, *the furies:* **minæ**, *threatninges:* **exuviæ**, *the spoyle of enemies:* sic **induviæ**, *garments:* **tenebræ**, *darknesse:* **latebræ**, *the trypes:* **exequiæ**, *funerall duetis:* **vindiciæ**, *a setting at libertie:* **cunæ**, *a cradle:* **nugæ** vel **tricæ**, *trysles:*

decimæ, the tynes: *inferiæ*, funerall ſacrifices: *inſidiæ*, ſnares: *antiæ*, rolles of heare: *falæ*, a timber towre: *oreæ*, an horſe bit: *apinæ*, trifles: *valvæ*, brods: *ſtativæ*, ſcilicet feriæ.

Feriæ, opes, ſcopæ, nonæ, idus atque calendæ,
Copiæ & excubiæ, gerræ, diræq; minæq;,
Exuvia & tenebræ, ſic lactes, exequiæq;
Vindiciæ, cunæ, nugæ, tricæ, decimæq;,
Nuptiæ, & inferiæ, ſic divitiæ, inſidiæq;,
Antiæ, & inde falæ, pro reti his adde plagæq;,
Oreæ & hinc apinæ, cum valvis adde ſtativæ.

3. NEUTRA. *Arma*, armour: *cibaria*, delicate meats: *teſqua*, deſart and difficill places: *comitia*, a convention: *juſta*, funerall ſacrifices: *exta*, the intralls: *ſtolia*, ſtoyle: *cunabula*, the cradle: *oſtrea*, oyſters: *roſtra*, locus Romæ, in quo concionabantur oratores: *oſtia*, the mouth of a river: *aulea*, tapeſtrie: *præcordia*, the intralls: *luſtra*, dennes of beaſts: *ilia*, the bowels: *milia*, ſcilicet paſſuum, a myle: *mœnia*, the walls of a towne: *pugillaria*, wryting tables: *ſponſalia*, wedding. Verſ.

Arma, cibaria, teſqua, bona & comitia, juſta,
Extaq; cum ſtoliis, cunabula & oſtrea, roſtra,
Oſtia cum aulæis, præcordia caſtraque, luſtra.
Ilia ſit terna, ceu milia, mœnia ſicut,
Pugillaria, uti ſponſalia: pluraq; junge
Doctorum libros quæ poſt ſcrutando notabis.

Talia autem ſunt hęc, & ſimilia; *bellaria, parentalia, vinacea, compita, natalitia, nutritia, acta, adverſaria, lautia, ſcruta, mnltitia, obliſcia, tempe, mele, mappalia, magalia*, &c.

OBSERV.

OBSERVATIO. Multa defectivis annumerant Grammatici, quæ tamen usu licet rariore, integra sunt. Sic plurali carentibus hæc vulgò annumerantur: *Sol, mundus, ros, carcer: Soboles, gloria, lux, contagio, labes, fuga, plebs, gaza, talio, inditles, culpa, pestis, mors, vita, spes, pax: Solium, fœnum, avum, solum, vitium, pus.*

Singulari carentibus hæc accensentur: *Liberi, annales, Cælites, carceres, gemini, Lares, lemures, proceres, vepres, sales* pro *sorte, manes, cassis, feri: Alpes, blanditiæ, ceremoniæ, salebræ, inimicitiæ, illecebræ, vigiliæ, paleæ, compedes, literæ* pro *epistolâ, fores, ambages, argutiæ, facetiæ, sortes, fordes, fauces, biga, triga, quadrigæ, grates, mappæ: juga, carthesia, lumina*; & alia complura.

ABUNDANTIA.

NOmen abundans est, quod in eâdem significatione, vel unâ, vel duabus, vel tribus proprietatibus abundat.

Proprietates, quibus hujusmodi nomina abundant, sunt tres; Terminatio, Declinatio, Genus: hic *cometa, æ*, vel hic *cometes, æ*, abundat una proprietate, scilicet terminatione: hic *tigillum, i*, vel hoc *tignum, i*, abundat duabus, videlicet terminatione & genere: hæc *vespera, æ*, vel *us, i*, vel *er, eris*, abundat terminatione, declinatione, & genere.

Rursus aliæ possunt statui, præcipuæ saltem, abundantium classes: alia enim sub eâdem terminatione abundant declinatione: ut hæc *laurus, i*, vel *us*; *o*, vel *u*. Plural. *os*, vel *us*: sic *colus, li*, vel *us*; *o*, vel *us*: *quercus, i*, vel *us*; *orum*, vel *uum*: sic *pinus* & *cornus*, ablat. singularem, & nominativum pluralem habent sub declinatione quartâ: reliquos autem casus è secundâ. Huc refer *specus* & *penus*, unde ablativus, *penu, specu*: per tertiam autem dicemus, hoc *penus, oris*: *specus* defectivum est. De nomine *ficus*, ita statuendum.

FICVS, vel arborem significat, vel fructum, vel morbum; cùm arborem significat, tantùm fœmininum est, & semper ferè quartæ Declinationis: cùm fructum, vel quartæ est Declinationis, & tum fœminini generis; vel secundæ sub articulis hic aut hæc. Cùm verò morbum significat, est masculinum secundæ.

Secundò, alia in eâdem declinatione, terminatione abundant; ut hic *Agamemno, onis* vel *on, anis*.

Tertiò, alia declinatione abundant & terminatione: eaque sunt vel substantiva, vel adjectiva. Substantivorum exemplum, ut *buccinum*, i vel a, æ. Adjectiva sunt vel primæ & secundæ declinationis, sub terminationibus *us, a, um*; vel tertiæ, sub terminationibus *is, e*, ut *declivus, a, um*; vel hic & hæc *declivis*, & hoc *e*. Huc spectant hæc composita, *illimus, sincerus, inermus, imbecillus, exormus, bijugi, declivus, enervus, semisomnus, exanimus, effrænus, elingus, elumbis, perennis*, vel hic & hæc *illimis*, & hoc *e*, &c.

Nota harum inflexionum alteram plerumque esse usitatiorem: alteram minus usitatam, ut hic & hæc *perennis*, & hoc *e*; potius quàm *perennus, a, um*. Contra verò, *sincerus, a, um*; potius quàm hic & hæc *sinceris*, & hoc *sincere*.

VERSUS.

Us vel is, orta volunt lim°, cera, arma, bacill°,
Norma, jugum, cliv°, nerv°, somnus q; animus q;
Cum fræno, lingua, lumbo, conjungitur annus.

LIB. IV. De Comparatione.

FVit hactenus declinatio, comparatio adjectivorum est propria; comparatio quidem regularis ex Rudimentis nota est: irregulariter comparata sunt varianti vel deficientia.

Ex parte

Ex parte ſuperlativi variant; *exter, exterior, extimus,* vel *extremus: dexter, dexterior, dextimus: maturus, maturrimus* vel *maturiſſimus: ſatur, ſaturrimus* vel *ſaturiſſimus: ſuperus, ſuperior, ſupremus,* & per ſyncopen, *ſummus: inferus, inferior, infimus,* & per ſyncopen, *imus: poſterus, poſtremus:* item hæc, *vetus, veterrimus: facilis, facillimus: gracilis, gracillimus: agilis, agillimus: ſimilis, ſimillimus: humilis, humillimus.*

Comparativum & ſuperlativum variant: 1° *Siniſterior, ſiniſtimus:* 2° *Beneficus, beneficentior, beneficentiſſimus;* & cætera compoſita à *facio:* ut *munificus, mirificus,* (à quo tamen Terentius habet *mirificiſſimus*) item compoſita à *dico, loquor,* & *volo;* ut *maledicus, dicentior, dicentiſſimus: magniloquus, quentior, quentiſſimus: benevolus, lentior, benevolentiſſimus.* Reliqua ex Rudimentis.

Poſitivo carent, *deterior, deterrimus: ocyor, ocyſſimus: potior, potiſſimus: prior, primus: propior, proximus,* (à quo etiam comparativus *proximior*) *ulterior, ultimus: citerior, citimus: penitior, penitiſſimus: interior, intimus:* horum quædam videntur à præpoſitionibus derivari.

Comparativo carent; *invitus, invitiſſimus: diverſus, diverſiſſimus: fidus, fidiſſimus: nuperus, nuperrimus,* & alia.

Superlativo carent; *juvenis, junior: adoleſcens, tior: ſenex, ſenior: dives, divitior.* & pauca alia.

Anterior & poſitivo & ſuperlativo caret.

Comparativo & ſuperlativo carent quæ habent vocalem ante *us,* ut *pius, idoneus,* ideoque addimus iis adverbia, *magis pius, maximè pius.* Invenitur tamen *aſſiduiſſimus, ſtrenuiſſimus,* &c.

Sunt

Sunt & alia nonnulla, quorum significatio augeri potest vel minui, ipsorum tamen comparationem usus non admittit: ut *almus, balbus, canorus, egenus, memor*, &c.

LIB. V. De Conjugatione.

REGVLÆ GENERALES.

Reg. 1. VErbum compositum imitatur conjugationem sui simplicis, ut *Amo, redamo*. Excipiuntur quædam, ut *maneo, mansi: immineo, imminui*, &c.

Compositum simplexq́ modo flectuntur eodem.
Excipies quædam post clarè notificanda.

2. Quoties in præsenti compositum mutat (a) simplicis in (i) ut *facio, perficio*, in supino (a) simplicis mutabitur in (e) ut *factum, perfectum*.

Hinc tamen excipiuntur composita, ab *habeo, cado, ago, pango, sapio, salio, statuo*, unde *exhibeo, exhibitum: occido, occasum: redigo, redactum: compingo, compactum: resipio, resipitum: insilio, insultum: instituo, institutum*. Versus.

A quoties mutatur in (i) per (e) pono supina.
Deme habeo, do, go: sapio, salio, statuoque.

3. Cum simplex geminat primam præteriti, ut *spondeo, spopondi*, compositum non geminat, ut *respondeo, respondi*. Excipe hinc composita à *do, sto, disco, posco*; ut *circundo, circumdedi: resto, restiti: edisco, edidici: deposco, depoposci*: sic olim plura hujus generis fuerunt, unde adhuc *præcurro, præcucurri: repungo, repupugi*: ex compositis à *curro* & *pungo*. Versus.

Cum geminat simplex, composto tolle priorem.
Quam retinet, do, sto natum, ceu discere posco:
Fluria sic olim; ceu nunc præcurro, repungo.

4. Qux

4. Quæ carent pręterito, eadem carent & ſupino. Primæ conjugationis eſt *labo, bas*: ſecundę, *polleo* & *nideo*: tertiæ, *gliſco, macreſco, caleſco*; & cętera inceptiva, de quibus poſtea: ſic *vergo, to inclyne to*: *ambigo, to doubt*: *ſuffero*, pro patior: quartę, *ferio, aio, ſcripturio*: & reliqua deſiderativa, de quibus lib. 7. Verſus.

Prœteritis quœcunque carent, ſpoliabo ſupinis.

Conjugatio prima.

PRima Conjugatio prętéritum & ſupinum formatà ſecundâ perſonâ pręſentis mutato s in *vi* & *tum*: *amo, amas, amavi, amatum*. Reg.

Prœteritis avi facit as, atumque ſupinis.

Exc. 1. *Do, dedi, datum, to giue*: *ſto, ſteti, ſtatum, to ſtand*: compoſita à *ſto, ſtiti, ſtitum*: *præſto, præſtiti, præſtitũ, to excell*: compoſitorũ à *do* quatuor ſunt primæ conjugationis; *circundo, to incloſe*: *circumdedi, datum*, etc. Reliqua ſunt tertiæ conjugationis. Verſus.

Excipe do, dedit atq. datũ; ſteterit atq. ſtatũ, ſto;
Cujus compoſitum ſtitit atq. ſtitum capit apte.

2. *Lavo, to waſh*; *lavi, lotum, lautum* vel *lavatum*: *Poto, to drinke*; *potavi, potum*, interdum *potatum*. *Iuvo, juvi, jutum, to helpe*. Verſus.

Dono lavo, lavi, lotum, lautum atq; lavatum:
Poto magis potum: juvi, jutumque, juvare.

3. ui, itum: *cubo, cubui, cubitum, to lye*: ſic *ſono, to ſound*: *crepo, to make a noyſe*: *domo, to daunton*: *tono, to thunder*: *veto, to forbid*: *plico, to plet*.

4. *Nexo, nexui, nexum, nexare, to knit*.

5. *Frico, fricui, frictum, to rubbe*: ſic *ſeco, to cut*: *neco, to ſlay*.

6. *Mico, micui*, ſine ſupino, *to ſhyne*.

Obſ. 1. *Dimico* abundat; vel enim juxta regulam conjugatur,

jugatur, *dimico, ui, atum*; vel ut ſimplex, *mico, ui*, ſine ſupino.

Obs. 2. Abundant etiam compoſita à *crepo* & *plico*; ut *increpo, ui, itum*, vel *ui, atum*: *explico, ui, itum*, vel *ui, atum*: ſic *implico, applico*.

Obs. 3. At *ſupplico*, tantùm *ui, atum*: ſic *replico, duplico, triplico*, & cætera ita compoſita ex numeralibus.

Præbet ui per itum cubo, cũ ſono, ſive crepare,
Et domo, ſive tono, vetо cũ plico: nexo, xui, xũ:
Præbet ui per ctum frico cũ ſeco, junge necare.
Nulla ſupina creat mico dans micui. datur ui
Nonnullis: ui tantùm dat ſupplico; ſicut
Omne plico verbum quod dat cum nomine junctum.

Ad Conjugationem primam ſpectant hæc & ſimilia compoſita.

EX *do; circundo, væundo, peſſundo, ſatiſdo*: ex *ſto; adſto, ſtiti, ſtitum, to ſtand beſide*: *præſto, conſto, to abyde*: *diſto, to bee diſtant*: *inſto, to bee diligent*: atque hæc compoſita ex *do* & *ſto*. Ex *luo, alluo, perluo*, &c. contractè: quæ omnia relicto ſimplice, ſunt tertiæ Conjugationis. Ex *poto; compoto, perpoto*: ex *cubo; accubo, occubo, ſuccubo, ſecubo, recubo, excubo*: ex *ſono; aſſono, reſoſono, conſono, diſſono, inſono, perſono*: ex *crepo; increpo, diſcrepo*: ex *frico; affrico, refrico*.

Secunda Conjugatio.

VErba ſecundæ conjugationis habent in præterito, *ui*; in ſupino, *itum*: ut *habeo, habui, habitum*: *debeo, debui, debitum*. Reg.

Præteritum per ui facit es, per itumq; ſupinũ.

Quæ

Quæ excipiuntur ratione ſupini tantùm, ſunt vel activa vel neutra. Activa ſunt hæc; *doceo, docui, doctum: miſceo, miſcui, miſtum* vel *mixtum: teneo, tenui, tentum: torreo, torrui, toſtum, to roaſte: cenſeo, cenſui, cenſum, to eſteeme: recenſitus*, penultimâ longâ, ab antiquo *recenſire*, pro *recenſere*. Verſ.

Dat doceo, doctum: miſtum dat miſceo: tentum
Dat teneo, toſtum dat torreo; cenſeo cenſum.

Timeo, & neutra quæ formant præteritum per *ui*, carent ſupinis; *timeo, timui, to feare: ſplendeo, ſplendui, to ſhyne*: ſic *madeo, to bee wacke*: *egeo, to inlacke*, *ui* ſine ſupino.

Excipe neutra quæ habent *ui, itum*: *valeo, valui, valitum, to bee well in health*: *noceo, to harme*: *placeo, to pleaſe*: *doleo, to lament*: *liceo, to bee ſet to a pryce*: *pareo, to obey*: *oleo, to haue a taſte*: *careo, ui, caſſum* vel *caritum, to want*: *pateo, ui, paſſum, to bee open*: *lateo, to lurke*: *caleo, to bee hote*. VERS.

Quod dat ui neutrum, timeoq́ carento ſupinis,
Tolle valet, noceo, placeo, doleo, liceo, ſic
Paret, olet, careo, pateo, lateo, caleoque.

COMP. Ex verbis jam dictis hæc ſunt: ex *habeo*; *prohibeo, ui, itum, adhibeo, inibeo*: ex *doceo*; *edoceo, ui, ctum, dedoceo*: ex *miſceo*; *commiſceo, ui, ſtum*: *permiſceo, admiſceo*: ex *teneo*; *retineo, ui, retentum*: *detineo, contineo, obtineo*: at

Abſtineo nullum video retinere ſupinum.

Ex *timeo*; *pertimeo, pertimeſco, extimeo, extimeſco*: ex *valeo*; *invaleſco, convaleſco*: ex *placeo*; *diſpliceo*: ex *taceo*; *obticeo, obticeſco, conticeo, conticeſco, reticeſco*: ex *doleo*; *indoleo, condoleo, dedoleo*: ex *oleo*; *redoleo, adoleo*; de quibus poſtea: ex *pareo*; *appareo, compareo, diſpareo*: ex *pateo*; *pateſco, patefacio, patefio*: ex *lateo*; *deliteo, deliteſco*.

Quæ excipiuntur ratione præteriti et ſupini, vel mittunt præteritum in *di*, vel *vi*, vel *ſi*, vel *xi*.

DI. Quæ mittunt præteritum in *di*, ſupinum in *ſum*, ſunt trium claſſium: 1ª *Video, vidi, viſum, to ſee: prandeo, prandi, pranſum, to dyne: ſedeo, ſedi, ſeſſum, to ſit*, gemino *ſſ*.

2. *Strideo, ſtridi*, ſine ſupino, *to make a noyſe*.

3. *Pendeo, pependi, penſum, to hing: tondeo, totondi, tonſum, to clip: ſpondeo, ſpopondi, ſponſum, to promiſe: mordeo, momordi, morſum, to byte.* Verſ.

Dăt di ſum prădet, videt, et ſedet: at geminabit
S ſeſſum: ſtridet ſtridi facit, abſq; ſupino.
Di ſum præterito geminato mordeo donat,
Vt pendet, ſpondet, ſponſum, ſic tondeo, tonſum.

Comp. Mittentia præteritum in DI: ex *video*; *prævideo, provideo, invideo*: ex *ſedeo*; *obſideo, præſideo, ſuperſedeo*: ex *mordeo*; *remordeo, admordeo, demordeo, obmordeo, præmordeo, præmordi, præmorſum*: ex *pendeo*; *appendeo, appendi, appenſum, dependeo, impendeo*: ex *ſpondeo*; *deſpondeo, deſpondi, deſponſum, reſpondeo*: ex *tondeo*; *detondeo, detondi, detonſum*.

VI. Mittentia præteritum in *vi*, triplicia ſunt: 1° Activa in *veo*, deſinentia, eaque habent *vi, tum*, ut *moveo, movi, motum, to moue*, mutando *vi* in *tum*, ut *fautum*, à *faveo, to favour: cautum*, à *caveo, to beware*.

2. Neutra in *veo*, quæ *vi*, habent in præterito ſine ſupino, ut *paveo, pavi, to feare: ferveo, fervi*, vel *ferbui, to be hote*.

3. Verba quædam aliter deſinentia, ut *deleo, delevi, deletum, to blot out: neo, nevi, netum, to ſpinne: fleo, to mourne: impleo, plevi, pletum*; ſic *compleo, repleo*, compoſita ab inuſitato *pleo*; *vieo, vievi, vietum, to gird: eteo, tevi, etitum*, penult. brevi, *to moue, or raiſe*. Verſ.

Activum

Activum quoties veo finit, dat veo, vi, tum:
Dic fautum, cautũ. veo neutra carẽto supinis.
Evi, etum delet, neo, flet, pleo, queis viet adde.
A verbo cieo, civi formabis, itumque.

Obs. Huc spectant & composita ab *oleo, ui, itum*, de quo supra, ut *exoleo* vel *exolesco, evi, etum*, to goe out of vse: sic *obsoleo* vel *obsolesco, evi, etum*; quæ videntur magis composita a *soleo*, quàm ab *oleo*. Alia vero composita aliter; *aboleo, evi, itum*: *oboleo, ui, itum*: *adoleo* vel *adolesco, evi, adultum*.

Si. 1° *Suadeo, suasi, suasum*, to counsell: *rideo, risi, risum*, to laugh: *maneo, mansi, mansum*, to remaine; *hæreo, hæsi, hæsum*, to sticke: *ardeo, arsi, arsum*, to burne: *tergeo, tersi, tersum*, to dight: *jubeo, jussi, jussum*, to command.

2. *Indulgeo, indulsi, indultum*, to date: *torqueo, torsi, tortum*, to torment; aliquando etiam *indulsum, torsum*.

3. *Sorbeo, sorpsi, sorbui* vel *sorbi, sorptum*, to sup.

4. *Immineo, imminui*, sine supino, to hing aboue: sic *emineo, eminui*, to stand aboue, ubi mutatur, *a*, simplicis in *i*: ubi verò *a*, simplicis manet, manet etiam conjugatio simplicis *maneo*, ut *permaneo, permansi, permansum*: sic *remaneo*, to remaine.

5. *Vrgeo, ursi*, to preasse: *fulgeo, fulsi*, to shyne: *turgeo, tursi*, to be bolden: *algeo, alsi*, to be colde, sine sup.

Dant si sum suadet, ridet, manet, hæret et ardet
Et terget; jubeo, jussi, jussumque supino.
Indulget, si, tum, cum torquet sæpius optat.
Sorbeo, psi, ptum dat; vel normã ritè reservat.
Dans a peri maneo, minui facit absq; supino.
Vrgeo præterito (si) dat, nullumq; supinum.

Sic fulget, fulſi formant, ſic turget & alget.

Xi. *Mulceo, mulxi, mulctum* vel *mulſi, mulſum*, to ſtroake: ſic *mulgeo, mulxi, mulctum* vel *mulſi, mulſum*, to milke: *lugeo, luxi, luctum*, to lament: *augeo, auxi, auctum*, to augment.

At *frigeo, frixi*, to be colde: *luceo, luxi*, to ſhine, ſine ſupino.

Sic *conniveo, connivi* vel *connixi*, to winke at anie thing. VERSUS.

Xi, ctũ, dant mulcet, mulget, luget, velut auget;
Friget dat frixi; lucet, luxi, abſque ſupino.
Connivet, vi, xique dabit, nullumq; ſupinum.

COMP. Mittentia præteritum in *Vi, Si*, aut *Xi*, ſunt hæc, & ſimilia: ex *moveo*; *amoveo, dimoveo, removeo, admoveo, ſubmoveo*: ex *caveo*; *præcaveo*: ex *ferveo*; *efferveo*: ex *ſuadeo*; *perſuadeo, diſſuadeo*: ex *maneo*; *permaneo, remaneo, immineo, emineo*: ex *mulceo*; *demulceo, permulceo*: ex *luceo*; *alluceo, eluceo, illuceo, colluceo, perluceo*: ex *augeo*; *adaugeo*.

OBS. Omnia ſecundæ conjugationis verba deſinunt in *eo*, quemadmodum in primâ, *beo, creo, ſcreo, meo, calceo, laqueo, nauſeo, enucleo*: in tertiâ ſic nulla terminantur. In quartâ autem, *eo, queo*, & *vaneo*.

CONIVGATIO TERTIA.

CIO. *Aſpicio, aſpexi, aſpectum*; ſic cætera compoſita ab inuſitato *ſpecio*, ut *reſpicio, conſpicio*, to behold: *allicio, allexio, allectum*, to allure: ſic cætera ab inuſitato *lacio*, præter *elicio, elicui, elicitũ*, to tyſe out.

Facio, feci, factum: ſic *efficio, effeci, effectum*: *perficio, conficio*.

Iacio, jeci, jactum, to caſt: ſic *ejicio, ejeci, ejectum, reſicio, conjicio*, &c. REG.

Vult xi, ctumq; cio: facit & jacit, ecit & actum.
Elicio per ui dat itum: fratres mage xi, ctum.

DIO & GIO. Fodio, *fodi, fossum*, to delue: *fugio, fugi, fugitum*, to flee.

COMP. Ex *fodio*; *effodio, defodio, refodio, suffodio*: ex *fugio*; *aufugio, effugio, profugio, diffugio, subterfugio*, &c. REG.

Dic fodi, fossum, gemino s; fugi fugitumq;.

PIO. *Cupio, cupivi, cupitum*, penult. long. *sapio, sapui*, sine supino, to be wyse: *capio, cepi, captum*: *rapio, rapui, raptum*, to reaue.

COMP. Ex *cupio*; *percupio, concupisco*: ex *sapio*; *desipio, resipio*, unde *resipisco*: ex *capio*; *accipio, excipio, incipio, concipio, decipio*: ex *rapio*; *arripio, eripio, surripio, corripio, diripio*, &c. REG.

Ivi, itum cupio: sapui, sapio, absque supino.
Dic capio, cepi, captum; rapio, rapui, ptum.

RIO & TIO. *Pario, peperi, partum* vel *paritum*, to beare: à *partum*, venit *partus* nomen: à *paritum*, *pariturus* particip. *quatio, quassi, quassum*: at composita *cussi, cussum, percutio, percussi, percussum*: sic concutio, discutio, excutio, incutio, succutio, decutio.

Dat pario, peperi, partum, paritum; quatioq;
Dat quassi, quassum: cussi, cussum dabo proli.

UO, ui, itum. *Induo, indui, indutum*, to put on: sic *statuo*, to appoynt: *acuo*, to sharpen: *minuo*, to impaire: *arguo*, to accuse: *suo*, to sew.

Exc. 1. *Struo, struxi, structum*, to build: *fluo, fluxi, fluxum*, to flow: *pluo, plui* vel *pluvi*, antiquè *platum*:

2. *Ruo, rui, ruitum,* to fall: at composita *rui, rutum,* penult. brevi; *diruo, dirui, dirutum,* to cast downe.

3. Carent supinis, *metuo,* to feare: *luo,* to suffer: *congruo,* to agree: *ingruo,* to come on: *ingruit pluvia: respuo,* to refuse: *cluo,* to shyne: cum compositis ex *nuo: annuo, innuo, renuo, abnuo.*

COMP. ex *struo; exstruo, astruo, substruo:* ex *fluo; effluo, influo, affluo, refluo:* ex *ruo; obruo, eruo, irruo, corruo, subruo.* REG.

Vult uo semper ui, dãs utũ: vult struo, xi, ctum:
Datq; fluo, xi, xum: pluo, vi vel ui dat, et utũ.
Vultq; ruo, ruitum: dat utum proles tibi solum.
Nulla supina dabunt metuo, luo, congruo sicu
Annuo cum sociis: cluo, respuo et ingruo jũctis

Bo, bi, bitum. *Bibo, bibi, bibitum.*

1. At *scabo, scabi,* to rub: *lambo, lambi,* to licke sine supinis.

2. *Incumbo, incubui, incubitum:* Sic cætera à *cubo,* qu in tertia conjugatione *m* ante *bo,* adsciscunt.

3. *Scribo, scripsi, scriptum,* to write: *nubo, nupsi, nu tum,* to marrie.

COMP. Ex *bibo; ebibo, prabibo, imbibo:* ex *cubo; cumbo, recumbo:* sed *accubo, recubo,* sunt primæ conjug tionis: ex *scribo; inscribo, describo, præscribo, circumscri perscribo, adscribo.* Reg.

Bi, bo, bitumq; facit: scabo, lãbo carẽto supin
Vt cubo sic proles: dant scribo nuboque, psi, p

EO. *Vinco, vici, victum,* to overcome: *ico, ici, ict* to stryke: *dico, dixi, dictum: duco, duxi, ductum,* to lea *parco, parsi, parsum* vel *peperci, parcitum,* to spare.

Vinco præterito dat vici, datque supino

Vict

ictum: fico, ci, ctum vult: dicere xi, ctum.
Vt duco: parco, si, sumque: pepercit, itumque.

SCO. Vi, tum: ut *cresco, crevi, cretum*, to grow: *quiesco, quievi, quietum*, to rest: *nosco, novi, notum*, to know: sic *ignosco, ignovi, ignotum*, to pardon.

Hinc excipiuntur. 1° *Agnosco, agnovi, agnitum*, to acknowledge: *cognosco, cognovi, cognitum*, to know.

2. *Pasco, pavi, pastum*, to feede.

3. *Posco, popposci, poscitum*, to craue: *disco, didici, discitum*, to learne: *compesco, compescui, compescitum*, to stay: *dispesco, dispescui, dispescitum*, to divyde.

4. *Conquinisco, conquexi*, sine supino: *exquinisco*, sine præterito & supino, to winke. Reg.

In vi, tum muta sco. pasco dat tibi pastum.
Da per itum agnosco, cognosco, popescit habeto
Poscere: vult disco didici, per itumque supina.
Compesco per ui dat itum, dispescoque par sit.

COMP. In *co* desinentia. Ex *dico*; *edico, indico, addico, prædico, condico*: ex *duco*; *educo, conduco, traduco, diduco, subduco*: ex *vinco*; *evinco, devinco*: ex *disco*; *edisco, dedisco, perdisco*: ex *posco*; *reposco, deposco, exposco*.

DO, di, tum, ut *scando, scandi, scansum*, to climbe: *accendo, accendi, accensum*, to kindle: *defendo, defendi, defensum*, to defende.

Verbũ in do formãs, in di, sum, do bene vertes.

Hinc excipiuntur, *Cado, cecidi, casum*, to fall: *pando, pandi, passum*, to open: *edo, edi, esum* vel *estum*, to eate: *pedo, pepedi, peditum*: *cædo, cecidi, cæsum*, to cut: *pendo, pependi, pensum*, to hing vp: *tendo, tetendi, tensum* vel *tentum*, to bende vp. Vers.

Tollo cado, cecidi, caſum: pandi cape paſſum.
Edi, ſum vel ſtum dat: pedo, pepedit, itumque.
Cædo, cecidit habet: ſic pendo pepẽdit; & in ſum
Fiet utrumq́: quib° par tẽdo eſt, dãs quoq́ tẽtũ.

COMP. ex do habent didi, ditum: addo, addidi, additum, to eike: reddo, perdo: abſcondo tamen abſcondi, abſconditum, raro abſconſum, to hyde.

Rudo, rudi, to bray: ſtrido, ſtridi, to make a noyſe, ſine ſupino. Verſ.

Quod do componit, didit atq; ditum dabit uſq́:
Dic tamẽ abſcõdi, quod itũ poſcit mage quãſ ũ.
A rudo, rudi; ſtrido, ſtridi abſque ſupino.

Tundo, tutudi, tunſum, to braye: ſed compoſita tuſum: ut obtundo, obtudi, obtuſum.

Scindo, ſcidi, ſciſſum, to cut: findo, fidi, fiſſum, to cleaue: fundo, fudi, fuſum, to powre foorth.

Ludo, luſi, luſum, to play: ſic divido, to divyde: vado, to goe: rado, to ſcrape: lædo, to hurt: trudo, to ſhoot forward: rodo, to gnaw: plaudo, to clap the handes: claudo, to cloſe: cedo, ceſſi, ceſſum, to giue place. Verſ.

Tundo facit tutudi, tunſum; compoſt aq́ tuſum.
Scindo, ſcidi, ſciſſũ dat: findo fidi quoq; fiſſum.
Et fundo, fudi, fuſum: Si, ſum, dato ludo,
Divido, cum vado, rado, cea lædere, trudo,
Et rodo, plaudo, claudo, & cedo geminans ſ.

COMP. deſinentia in do, ex tundo; contundo, retundo: ex ſcindo; diſcindo, abſcindo, exſcindo: ex findo; diffindo: ex fundo; effundo, infundo, refundo: ex ludo; colludo, illudo, eludo, deludo; ex lædo; collido, illido,

allido: ex *trudo*; *intrudo*, *extrudo*, *obtrudo*: ex *plaudo*; *applaudo*, *explodo*, *complodo*: ex *claudo*; *excludo*, *includo*, *ſecludo*: ex *cedo*; *diſcedo*, *recedo*, *ſuccedo*, *incedo*: ex *cado*; *occido*, *occidi*, *occaſũ*, to die: *excido*, *decido*, *incido*, *procido*, *recido*, penult. brevi: ex *cædo*; *occido*, *occidi*, *occiſum*, *recido*, *excido*, *circumcido*, penult. longâ: ex *pando*; *expando*, unde *retia expanſa* apud Plinium: ex *edo*; *comedo*, *exedo*, *adedo*, *ambedo*: ex *pendo*; *ſuſpendo*, *rependo*, *dependo*, *impendo*, *expendo*, *perpendo*, *appendo*: ex *tendo*; *attendo*, *extendo*, *diſtendo*, *obtendo*, *oſtendo*, *portendo*.

GO vel guo, xi, ctum. *Rego*, *rexi*, *rectum*, to governe: *affligo*, *afflixi*, *afflictum*, to afflict: *exstinguo*, *exstinxi*, *exſtinctum*, to quench.

Excipiuntur 1° *Pingo*, *pinxi*, *pictum*, to paynt: *ſtringo*, *ſtrinxi*, *ſtrictum*, to ſtraine: *fingo*, *finxi*, *fictum*, to feignzie: *ringo*, *rinxi*, *rictũ*, to girne, ſine *n* in ſup.

2. *Tango*, *tetigi*, *tactum*, to touch: *ago*, *egi*, *actum*: *frango*, *fregi*, *fractum*, to breake: *pango*, *panxi*, *pepigi* vel *pegi*, *pactum*, to faſten.

3. *Lego*, *legi*, *lectum*, to reade: at comp. *intelligo*, *negligo*, *diligo*, *xi*, *ctum*: *intellexi*, *intellectum*: reliqua compoſita, ut *perlego*, *relego* imitantur ſimplex.

4. *Pungo*, *punxi* vel *pupugi*, *punctum*, to brodde.

Go vel guo, xi ctumq; facit. Tamen iſta ſupinis
N tollunt, pingo, ſtringo, cum fingere, ringo.
Tango facit tetigi, tactũ: dat ago egit, & actũ.
Vult frango, fregi, fractum: pegi, pepigique,
Et panxi, pactum, pango: capiet lego, gi, ctum:
Negligo, xi, ctum, vult; intelligo, diligo junge.
Dat pungo, pupugi, punxi, punctũ venit inde.

Exc. 5. *Spargo*, to ſpreade: *mergo*, to drowne: *tergo*, to dight, *ſi, ſum, ſparſi, ſparſum*, etc.

6. *Figo, fixi, fixum*, to faſten: *frigo, frixi, frixum*, to frye.

7. *Dego, degi*, to paſſe over: *ſatago, ſategi*, to be buſilie occupied; duo compoſita ab *ago*: *ſugo, ſuxi*, to ſucke: *lingo, linxi*, to licke: *ango, anxi*, to greiue.

Dant ſi, ſum, ſpargo, mergo, tergoq́: locabis
Per xi, xum figo, frigóque: carento ſupinis
Cum dego, ſatago, ſugo, ceu lingit & angit.

COMP. in go deſinentia. Ex *rego*; *dirigo, corrigo, arrigo*: ex *pingo*; *depingo*: ex *ſtringo*; *reſtringo*: ex *fingo*; *refingo*: ex *tango*; *attingo, contingo, pertingo*: ex *ago*; *circumago, abigo, adigo, redigo, exigo, tranſigo*, et *cogo, coegi, coactum*: ex *frango*; *effringo, diffringo, infringo*: ex *pango*; *compingo, impingo*: ex *pungo*; *repungo, expungo, diſpungo*: ex *ſpargo*; *diſpergo, aſpergo, inſpergo*: ex *mergo*; *emergo, immergo, ſubmergo*: ex *tergo*; *detergo, abſtergo, extergo*: ex *figo*; *configo, affigo, refigo*.

Ho et io: *Veho, vexi, vectum*, to carrie; unde *eveho, proveho, ſubveho*: *trabo, traxi, tractum*, to draw; unde *ſubſtrabo, attrabo, detrabo, extrabo, contrabo, diſtrabo*: *meio, minxi, mictum*. Reg.

Ho, xi, ctum poſcit: mejo, xi, ctumque ſupino.

Lo, *ui, ultum*: *colo, colui, cultum*, to worſhip: *conſulo, conſului, conſultum*, to advyſe with: *occulo, occului, occultum*, to hyde.

At 1° *Alo, alui, altum* vel *alitum*, to nowriſh: *molo, molui, molitum*, to grind: *cello, cellui, celſum*; ſed exolevit: compoſita ſunt, *excello, excellui, excelſum*: *præcello, antecello*.

2. *Cello* pro *cædo, cecidi, cisum*, exolevit. Hinc cõp. *percello, perculi* vel *percussi, percussũ*, to trouble.

3. *Pello, pepuli, pulsum*, to dryue away: *vello, velli* vel *vulsi, vulsum*, to plucke: *fallo, fefelli, falsum*, to deceaue: *tollo, sustuli, sublatum*, to take away: *salio, salui, salsum*, to laite.

4. *Psallo, psalli*, to sing: *volo, volui*, to be willing: sic *nolo, nolui; malo, malui*, sine supino. Reg.

Lo dat ui, colo, cõsulo, & occulo dãtur in vltũ.
Altum dic vel itũ: molitũ molo; celleq. celsum:
Cello facit cecidi, cisum: pepuli dato pulsum;
Velli vel vulsi, dat vulsum: fallo fefelli,
Falsum: sublatum dat tollo, sustulit: atque
Salio facit salui, salsum: psallo dato psalli:
Nulla supina dabunt psallo volo; jungito prolẽ.

COMP. in *lo* desinentia. Ex *colo; accolo, incolo, recolo*: ex *pello; appello, compello, expello, impello*: ex *vello; avello, evello, revello*: ex *fallo; refello*: ex *tollo, sustollo, extollo, attollo.*

MO, ui, itum, ut *vomo, vomui, vomitum*: sic *gemo*, to sigh: *fremo*, to roare.

1. At *tremo, tremui*, sine supino, to tremble.

2. *Demo, dempsi, demptum*, to take away: *promo, prompsi, promptum*, to draw: *sumo, sumpsi, sumptum*, to take: *como, compsi, comptum*, to dresse.

3. *Emo, emi, emptum*, to buy.

4. *Premo, pressi, pressum*, to thirst. Reg.

Mo per ui, dat itũ. tremo ponitur absq; supino.
Dant psi, ptum demo, promo, cum sumere, como:
Vult emit, emi, emptũ: geminãs s, dat premo, si, sũ

COMP. Ex *vomo*; *evomo*: ex *promo*; *depromo*: ex *sumo*; *consumo*, *insumo*, *absumo*, *resumo*: ex *emo*; *adimo*, *eximo*, *dirimo*, *redimo*, *perimo*, *interimo*: ex *promo*; *opprimo*, *imprimo*, *reprimo*.

NO. 1. *Pono*, *posui*, *positum*, to place: *gigno*, *genui*, *genitum*, to beget.

2. *Cano*, *cecini*, *cantum*, to sing; at comp. habent *ui*, *entum*, ut *præcino*, *præcinui*, *præcentum*.

3. *Temno*, *tempsi*, *temptum*, to contemne.

4. *Sino*, *sivi*, *situm*, to let alone: *sperno*, *sprevi*, *spretum*, to contemne: *sterno*, *stravi*, *stratum*, to straw: *cerno*, *crevi*, *cretum*, to see: *lino*, *lini* vel *livi* vel *levi*, *litum*, to smaire over. Reg.

Ponere cum gigno per ui, per itumque locabo.
Dico cano, cecini, cantum; per ui fit & entum
Proles: dat temno, psi, ptum: vi vertim² in tum
His; levi, sivi, sprevi, stravi quoque, crevi.

COMP. Ex *pono*; *depono*, *præpono*, *oppono*, *expono*, *impono*, *suppono*: ex *gigno*; *progigno*: ex *cano*; *accino*, *occino*, *succino*: ex *sino*; *desino*: ex *sperno*; *desperno*, at *aspernor*, *ari*, est dep. 1ª conjugationis: ex *sterno*; *prosterno*, *insterno*, at *consterno*, *are*, 1ª conjugationis: ex *cerno*, *discerno*, *secerno*: ex *lino*; *oblino*, *allino*, *illino*, *relino*.

PO, psi, ptum, *repo*, *repsi*, *reptum*, to creepe: *carpo*, *carpsi*, *carptum*, to plucke.

1. At *rumpo*, *rupi*, *ruptum*, to breake.

2. *Strepo*, *strepui*, *strepitum*, to make a noyse: *crepo*, *crepui*, *crepitum*. Reg.

Po, psi, ptumq; facit. Rupi, ruptum dabo rumpo.
A strepo da strepui, strepitũ: sic flecte crepoque.

COMP. Ex *repo*; *prorepo*, *arrepo*, *irrepo*, *obrepo*, penult. longâ. Ex *rumpo*; *prorumpo*, *erumpo*, *irrumpo*.

Quo.

Quo. *Coquo, coxi, coctum*, to ſeith; unde *decoquo, recoquo, concoquo.*

Linquo, liqui, ſine ſup. to leaue: compoſita ſupinũ admittunt, *relinquo, reliqui, relictum*, to leaue: *delinquo, deliqui, delictum*, to treſpaſſe. Reg.

Dat coquo præterito coxi, coctumque ſupino:
Vult linquo, liqui: lictum natis dabis aptè.

RO, vi, tum. *Tero, trivi, tritum*, to weare: *quæro, quæſivi, quæſitum*, to ſeeke.

Exc. 1. *Gero, geſſi, geſtum*: *uro, ũſſi, uſtum*: *verro, verri* vel *verſi, verſum*, to ſweepe: *curro, cucurri, curſum*, to runne.

2. *Sero*, pro ordino, *ſerui, ſertum* antiquè. unde cõpoſita *aſſero*, id eſt, affirmo: *diſſero*, id eſt, diſputo, *erui, ertum*. At *ſero*, pro ſemino aut planto, *ſevi, ſatum*: unde compoſita *aſſero, diſſero*, evi, itum, penult. brevi.

Ro, vi, tumq; dabit: geſſi gero, vult quoq; geſtũ.
Vro, uſſi ac uſtum: verro, ri, ſi, dato verſum.
Curro cucurrit habet curſum: dat ui ſero natum
Atq; ertũ: dat & evit, itum ſub duplice ſenſu.

COMP. Ex *tero*; *extero, detero, protero*: ex *quæro*; *acquiro, conquiro, inquiro, perquiro*: ex *gero*; *ſuggero, aggero, digero, congero*: ex *uro*; *comburo, aduro, inuro, exuro*: ex *curro*; *accurro, excurro, occurro, ſuccuro.*

SO, vi, tum. *Arceſſo, arceſſivi, arceſſitum*, to accuſe, or to call for: *laceſſo, laceſſivi, laceſſitũ*, to provoake.

At 1° *Viſo, viſi*, to ſee; unde *inviſo, reviſo, proviſo*: *faceſſo, faceſſi*, to goe to doe: *capeſſo, capeſſi*, to vnder take. Supin *ſum*, rarius reperiuntur; quidam dicũt *faceſſivi, faceſſitũ*; *capeſſivi, capeſſitũ*, juxta regulã.

2. *Pinſo, pinſui, piſtum*, to bake: *depſo* farinam ſubigo, *depſui* facit, ſed hoc ſupino caret: ſic *inceſſo, in-*

cessi, to enter into, absque supino. Reg.

So, vi, tumque facit: si, sumque facesso, capesso
Cum viso, pinso, dat pinsuit, indeque pistum.
Incesso vult si; dat ui depso absque supino.

TO. 1° *Flecto, flexi, flexum*, to bow: *plecto, plexi, plexum*, to punish.

2. *Necto nexi* vel *nexui, nexum*, to knit: *pecto, pexi*, vel *pexui, pexum*, to combe.

3. *Peto, petiui, petitum*, to seeke. Reg.

Xi, xum dant plecto, cum flecto, nectere, pecto;
Hæcque xui duo dant. Ivi peto donat & itum.

4. *Mitto, misi, missum*, to send: *meto, messui, messũ*, to sheare: *Verto, verti, versum*, to turne.

5. *Sterto, stertui*, sine supino, to snoare. Reg.

Mitto facit misi missum, s geminando supino,
Sq; meto geminans fuit & sum: vertoq; verti
Et versum: sterto dat stertuit, absque supino.

6. *Sisto* activum habet *stiti, statum*; hinc *Iupiter stator* & *status dies*, ac significat, *stare facio*: at *sisto* neutrũ, id est, *sto*, sine præterito ac supino. Reg.

Neutrum sisto nihil dabit, activum stitit edet,
Deinde statum format: nobis est Gellius autor.

COMP. Ex *peto*; *repeto, appeto, expeto*: ex *mitto*; *committo, omitto, amitto, demitto, emitto*: ex *verto*; *everto, subverto, inverto, prævorto, anteverto, adverto, animadverto*; ex *sisto* neutro; *absisto, persisto, subsisto, desisto, destiti, destitum*.

VO. *Vivo, vixi, victum*, to liue: *solvo, solvi, solutum*, to louse: *volvo, volvi, volutum*, to turne over: *calvo, calvi*, sine supino, to deceaue. Reg.

Dat vivo xi, ctum. Solvo vi format & utum,

Et vol

Et volvo: calvi calvo facit, absque supino.

COMP. Ex *solvo, persolvo, resolvo, dissolvo:* ex *volvo, devolvo, involvo, convolvo.*

XO. *Nexo, nexui, nexum,* to knit: *texo, texui textum,* to weaue: hinc *pertexo, pratexo, retexo, detexo, attexo.* Reg.

Nexo, xui, xum vult: texo xuit, indeq; textum

Quarta Conjugatio.

VErba quartæ conjugationis habent in præterito *ivi,* in supino *itum: audio, audivi, auditum.*

At 1° *Singultio, singultivi, singultum,* to sob: *sepelio, sepelivi, sepultum,* to burie: *vaneo, vanivi, vanum,* to bee sold: sed *venio, veni, ventum,* to come. Reg.

Ivi quarta facit, vi semper vertitur in tum.
Singultit vult singultum, sepelire sepultum.
Vaneo dat vanum: veni, ventum, venio vult.

2. *Amicio, amicui* vel *amicivi, amictum,* to cloathe: *vincio, vinxi, vinctum,* to binde: *sancio, sanxi, sanctum* vel *sancivi, sancitum,* to establish. *Vers.*

Pone amicit per ui, per ctũ: dat vincio xi, ctũ;
Sancio jungatur, quod & ivi format & itum.

3. *Haurio, hausi, haustum,* to draw: *sepio, sepsi, septum,* to hedge about: *salio, salui, saltum,* to loupe; at cõp. *silui, sultum: insilio, insilui, insultum: cambio, campsi, camptum* vel *cambivi, cambitum,* to change money: sic aliquando *haurio haurivi: sepio, sepivi: salio, salij,* unde *exilio, exilij* vel *exilui, exultum. Vers.*

Haurit si, stum dat: psi, ptum dat sepio: saltum
Et salui, salio: proles formatur in ultum.
Dat psi, ptum cambit: legi hac quãdoq; per ivi.

4. *Sentio,*

4. *Sentio, ſenſi, ſenſum,* to feele: *raucio, rauſi, rauſum,* to be haorſe.

5. *Fulcio, fulſi, fultum,* to vpholde: *ſarcio, ſarſi, ſartum,* to mende: *farcio, farſi, fartum,* to fill.

6. Comp. ex *pario* habent *erui, ertum*: *aperio, aperui, apertum*; ſic *operio, cooperio,* at *comperio, comperi, compertum*: *reperio, reperi, repertum.* VERS.

Sentio cum raucit, ſi ſum vult: fulcio, ſi, tum,
Et ſarcit, farcit: per ui mutatur & ertum
Ex pario natum: ri comperit & reperit vult.

Comp. Ex *venio*; *convenio, ſubvenio, circumvenio, prævenio, obvenio*: ex *haurio*; *exhaurio*: ex *ſepio*; *obſepio, circũſepio*: ex *fulcio*; *ſuffulcio*: ex *ſarcio*; *reſarcio*: ex *farcio*; *refercio.*

DE VERBIS DEPONENTIBVS.

VErborum deponẽtium ſupinũ formatur à fictâ formâ activâ, ex analogiâ ſuperiorum regularum, ut *abominor*, ficta forma activa *abomino, as, avi, abominatum*, to abhorre: ſic *vereor*, *vereo, verui, veritum*, to feare: *fungor, fungo, funxi, functum, fungi munere*, to diſcharge a duetie: *largior, largio, largivi, largitum*, to giue: ſic *potior*. Præteritum autẽ proprium non habent, ſed circũflectunt participio præteriti tẽporis & verbo *ſum, abominatus, veritus, functus, potitus ſum.* Quãquam hoc ſæpius invenitur in tertiâ conjugatione. Virg. *Auro vi potitur. Tueor, tuitus ſum* vel *tuor, tutus ſum.*

Ex or finitis activam fingito vocem;
Vt potior, potio: formabitur inde potitum.

Exc. 1. Præterito & ſupino carent *veſcor*, to eate: *liquor*, to be melted: *medeor*, to remeade: *reminiſcor*, to remember.

Nil formãt veſcor, liquor, medeor, reminiſcor.

2. Reor,

2. *Reor*, to ſuppone: *apiſcor*, vel potius *adipiſcor*, to attaine to: *morior*, to die: *orior*, to aryſe: eſtque partim tertiæ conjugationis, partim quartæ; dicimus enim *ſol oritur*, pen. brevi, per tertiam: at *incipit ſol oriri*, pen. longa, per quartam: hinc partic. *moriturus*: *oriturus*: *fateor*, to confeſſe: *fruor*, to enjoy: *proficiſcor*, to goe: *ulciſcor*, to revenge: *ſequor*, to follow: *expergiſcor*, to waken: *loquor*: *nitor*, to leane to: *gradior*, to walke: *ordior*, to begin: *utor*, to vſe: *obliviſcor*, to forget: *queror*, to complaine: *comminiſcor*, to deviſe: *miſereor*, to pittie: *fatiſcor*, to wearie: *metior*, to meaſure: *labor*, to ſlyde: *nanciſcor*, to attayne to: *paciſcor*, to make a bargayne.

Non ſervant normã, ratus, aptº, mortuus, ortus
Et faſſus, fructus, fruituſq́, profectus & ultus,
Atq; ſequutus & experrectus, junge loquutus,
Niſus, vel nixus, greſſus, velut orſus & uſus,
Oblitus, queſtus, commentus, junge miſertus,
Et feſſus, menſus, lapſus, nactus quoq; pactus.

LIB. VI. De Conjugatione irregulari.

HActenus conjugatio regularis: verba irregulariter conjugata ſunt variantia vel deficientia. Hæc variantia in Rudimentis explicata ſunt, *ſum, eo, queo, volo, nolo, fero, fio, poſſum*; reſtant, 1º *Edo, edis, edit* vel *es, eſt*, &c. Imperat. *es* vel *ede*; *edite* vel *eſte*. Alt. vox, *edito* vel *eſto*, *editote* vel *eſtote*. Imperf. ſubjunctivi, *ederem* vel *eſſem*: infinit. præſens, *edere* vel *eſſe*: in paſſivo, *eſtur* vel *editur*; in cæteris regulare eſt.

2. Variant etiam hæc, *dic*, pro *dice*: *duc*, pro *duce*: *fac*, pro *face*: ejuſque compoſita ſervantia *a*: ut *malefac*, *benefac*: at *effice*, *perfice*, & cætera mutantia *a* in *i*.

3. Nonnull

3. Nonnulla ſub forma neutrali habent præteritum paſſivum, *ſoleo, ſoles, ſolitus ſum* vel *fui*, to vſe: *fio, fis, factus ſum* vel *fui*, to become: *fido, fidis, fiſus ſum* vel *fui*, to confide: *audeo, audes, auſus ſum* vel *fui*, to bee bolde: *mœreo, mœres, mœſtus ſum* vel *fui*, to bee ſad: *gaudeo, gaudes, gaviſus ſum* vel *fui*, to rejoyce: ſequentia habent præteritum & activum & paſſivum *ſueſco, ſueſcis, ſuetus ſum* vel *ſui* vel *ſuevi*, to vſe: *careo, es, carui* vel *caſſus ſum* vel *fui*, to want: *juro, as, juravi* vel *juratus ſum* vel *fui*, to ſweare: *prandeo, es, prandi* vel *pranſus ſum* vel *fui*, to dyne: *nubo, is, nupſi* vel *nupta ſum* vel *fui*, to marrie: convenit fœminis; at *duco*, viris: *miſeret, miſeruit* vel *miſertum* eſt vel *fuit*, to pittie: *cœno, cœnavi* & *cœnatus ſum*, to ſup: *piget, piguit* & *pigitum eſt*, to irke: *tædet, tæduit* & *pertæſum eſt*, idem: *pudet, puduit* & *puditum eſt*, to thinke ſhame: *licet, licuit* & *licitum eſt*, to bee lawfull: *libet, libuit* & *libitum eſt*, id eſt, placet. Verſ.

Gaudeo cum ſoleo, fit, fidit, mœret & audet
Paſſivũ dãt præteritum: ſed utrumq. creabunt
Sueſco, careo, juro, prandet, nubit, miſeretque,
Cœno, piget, tædet, pudet & licet & libet adde.

4. Sub neutrali formâ paſſivam habent ſignificationem: *vapulo*, to bee beaten: *væneo*, to bee ſolde: *fio, exulo*, to bee baniſhed: *nubo*, to bee married: *liceo*, to bee appryſed. Verſ.

Paſſivè ſignant ſub o, vapulo, væneo, fio.
Exulo cum nubo, liceo quibus addimus apte.

De Defectivis.

DEfectiva ſunt, primò, hæc tria, *odi*, I hate: *capi*, I haue begun: *memini*, I remember: de quibus duo notanda ſunt: 1° quòd habeant ſolummodò præteritum & tempora inde formata: niſi quod *memini* imperat.

imperat. habeat *memento* & *mementote*. 2° Quòd præteritum perfectum significationem habeat & præs. & præt. ut *odi*, id est, odio prosequor vel prosequatus sui: item fut. subjunct. habet significationem fut. indicat. ut *meminero*, id est, recordabor vel recordatus ero. Quin & hæc duo, *novi* a *nosco*, *pepigi* a *pango*, significationem geminam habent.

Secundò, *daris* vel *dare*, & in subjunct. *deris* vel *dere faris* vel *fare*, & in subjunct *feris* vel *fere*: item *furis* carent prima sing ul. neque enim dicimus, *dor*, *for*, &c. nisi in compositis his *circundor*, *pessundor* &c.

Tertiò. Temporibus et personis carent *aio*, *inquam*, *ave*, *salve*, *forem*, *quæso*, *apage*, *ovat*, *cæpi*, *insit*.

AIO.

Præs. *Aio*, *ais*, *ait*: plur. *aiunt*.
Imperf. *Aiebam*, *bas*, *bat*: plur. *bant*.
Imperat. *Ai*.
Subjunct. *Aias*, *aiat*: plur. *Aiant*.
Particip. *Aiens*.

INQVIO vel INQVAM.

Præs. *Inquam*, *inquis*, *inquit*: plur. *inquimus*, *inquiunt*.
Imperf. *Inquiebam*: plur. *inquiebant*.
Perf. *Inquisti*.
Futur. *Inquies*, *inquiet*.
Imp. *Inque*, *inquite*.

AVE, SALVE.

Imperat. sing. *Ave* vel *avete*: plur. *avete* vel *avetote*.
Infinit. *Avere*: similiter conjugatur *salve*.

FOREM.

Subjunct imperf. *Forem*, *res*, *ret* plur. *Forent*.
Infinit fut. *Fore*.

QVÆSO.

Quæso: plur. *quæsumus*.

APAGE.

Imper. *Apage*: plur. *apagete*.

OVAT.

Præs. *Ovat*: particip. *Ovans*.

CEDO, INFIT.

Cedo, pro dic vel da, solum in usu est: sic *infit*, pro cœpit.
Virg. *Ita fatur infit*.

Vulgo etiam ad defectiva referuntur, *ausim*, *sis*, *sit*. plur. *ausint*: *faxim* & *faxo*, *faxis*, *faxit*: plur. *faximus*, *faxitis*,

faxitis, *faxint*: sed hæc non tam defectiva sunt, quàm reliquiæ quædam conjugationis antiquæ.

Observationes.

Obs. 1. IMpersonalia verba carent altera voce imperat. futuro infinit. supinis, gerundiis & participiis. *pœnitens*, *decens*, *libens*, & *pudens*, unde *impudens* componitur, *pudendus*, *pœnitendus* nomina sunt.

2. Quædam personalia sunt diversarum conjugationum, & quidem vel sub eâdem significatione, ut *lavo*, *lavas*, & interdum *lavo*, *lăvis*, vel sub diversis, ut *dico*, *dicas*, id est, consecro; *dico*, *dicis*, id est, loquor. Talia sunt, *fundo*, *volo*, *lego*, *fero*, *educo*, penult. brevi, & *educo*, penult longa.

3. Quædam verba sub eadem significatione diversas habent terminationes, ut *assentio*, *or*: *auguro*, *or*: *dĭverto*, *or*: *defæco*, *or*: *impertio*, *or*: *luxurio*, *or*: *ludificŏ*, *or*: *palpo*, *or*: *præverto*, *or* & *remunero*, *or*: *ringo*, *or*: *reverto*, *or*: *mutuo*, *or*: *merco*, *or*.

4. Quædam conveniunt quibusdam temporibus, ut a *mulceo*, & *mulgeo*, *si*, *sum*, vel *xi*, *ctum*: sic *crevi*, *cretum*, a *cerno* vel *cresco*: *pateo*, *patui*, *passum*: *pando*, *pandi*, *passum*, unde *pandor*, *eris* vel *ere*, *passus sum* vel *fui*; quod præteritum etiam formatur a verbo, *patior*: sic *tentum*, a *teneo* vel *tendo*: *mansum*, a *maneo* vel *mando*, *is*, tertiæ conjugationis.

Liber VII. De Specie & Figura; ac primo Nominum.

DErivatorum nominum variæ sunt species: nempe Patronymica, Verbalia, Abstracta, &c.

De Patronymicis.

PAtronymicum est nomen a nomine patris, aut aliorum majorum deductũ, ut *Priamides*, id est, Priami filius.

filius: *Pelides*, id est, Pyrrhus, Pelei nepos: *Heraclidæ*, ab Hercule oriundi.

Obs 1. Abusivè etiam aliunde cadunt Patronymica; *Phaethontias*, soror Phaethontis: *Romulidæ*, Romani, a Romulo rege: *Colchis*, Medea, a Colchide patria: *Philyrides*, Chiron, a Philyra matre.

2. Patronymica in *des* & *ne* primæ sunt declinationis; & illa quidem masculina, ut *Æneades*, *æ*, id est, filius Æneæ: hæc verò fœminina, ut *Nerine*, *es*, id est, Galatea, Nerei filia. Quæ desinunt in *as* & *is* tertiæ sunt & fœminina, ut *Aetias*, Medea, Aetæ filia: *Tyndaris*, Helena, Tyndari filia.

3. Vtuntur his soli poetę, ac sæpe adjectivorum vice, & quia appellativa sunt, in utroque numero reperiuntur.

DE VERBALIBUS.

VErbalia sunt nomina derivata a verbo, eaque vel substantiva sunt, vel adjectiva: substantiva, ut a *lectu*, *lectio*: a *scribo*, *scriptura*: sic *tutela*, *lucerna*, *querimonia*, a *tueor*, *luceo*, *queror*. Verbalia adjectiva vel activæ significationis sunt, vel passivæ: activæ significationis verbalia interpretamur per verba activa, ut *amans vini*, id est, qui vinum amat, idque ex diuturnâ consuetudine. Variè autem hæc desinunt, ut patet ex exemplis sequentibus; *abstinens*, *edax*, *providus*, *nescius*, *avarus*, *doctus*, *præsagus*, *penetrativus*, &c. Passivæ significationis sunt ea, quæ interpretamur passivè, ut *memorandus*, qui memorari debet: *flebilis*, qui defletur aut defleri debet. Horat. *Multis ille bonis flebilis occidit*. Pleraque ex his participia sunt, quę amisso tempore transeunt in nomina verbalia.

DE ABSTRACTIS.

ABstracta dicũtur substantiva ab adjectivis derivata, ut *Iustitia*, *bonitas*, *felicitas*; à *justus*, *bonus*, *felix*. Quædam etiam a substantivis, ut *consul*, *consulatus*: *prætor*, *prætura*: *puer*, *puericia*.

Sunt & alij derivatorum nominum classes, ad quas refer Gentilia, quę gentem aut patriam denotant, ut *Græcus, Athenienſis*: poſſeſſiva, ut *Evandrius, enſis*, id eſt, enſis Evandri, vel quem poſſidet Evander: Diminutiva, quę primitivi diminutionem ſignificant, ut *libellus*, id eſt, parvus liber: ſic *trunculus, ſurdaſter*. Huc refer ordinalia, ut *tertius, quartus*, &c. diſtributiva, ut *terni, quaterni*; & multiplicativa, ut *duplex, triplex quadruplex*; &c, itē numeralia in *arius*, ut *ternarius, quaternarius*, quæ a cardinalibus derivantur, viz. *duo, tres, quatuor*; &c.

De Nominum Compoſitione.

Variè & cum variis orationis partibus componuntur nomina, ut *centimanus, hujuſmodi, armiger, numquis, prævius, ſiquis*. Verum hac varietate miſſa ſatis habebimus tres has obſervationes annectere.

Obs. 1. *Quis* interdum in compoſitione præcedit, ut *quiſnam, quiſquam, quiſpiam, quiſputas, quiſquā*. Quorum fœmininum & neutrum, *quanam, quodnam*, &c.

2. Interdum ſequitur, ut *ecquis, nequis, aliquis, numquis, ſiquis, quiſquis*. Quorum fœmininum & neutrum *ecqua* & *ecquod*: Ejuſdem compoſitionis eſt ſubſtantivum *ecquid, eccujus*.

3. *Qui* in his quatuor præcedit *quilibet, quivis, quidam, quicunque*. Quorum fœmininum & neutrum, *quadam, quoddam*, &c.

De Derivatione Pronominum.

PRonomina poſſeſſiva & gentilia formantur, a genitivis trium demonſtrativorum, *ego, tu, ſui*. *Meus, tuus, ſuus*, a genitivo ſingulari: *noſter, veſter, noſtras & veſtras*, a genitivo plurali.

De compoſitione Pronominum.

SEptem modis componuntur pronomina: 1° Pronomina *ego, tu, ſui*, componuntur cum *ipſe* per omnes caſus quos *ego, tu, ſui* admittūt, ut *egoipſe, tuipſe, ſuipſius*.

2. *Iſte* & *ille*, cum *hic*, ut *iſthic, iſthac, iſthoc* vel *iſthuc*: accuſ. *iſthunc, iſthanc, iſthoc* vel *iſthuc*: abl. *iſthoc*,

istiusce, istiusmodi. plur. nom. & accus. pro neutro, *istæc*, eodem modo declinantur, *istic, istæc, istoc* vel *istuc.*

3. *Is* & *ille* componuntur cum *ecce*, ut *eccum, eccam, eccos, eccas*, ab *ecce* & *is: ellum, ellam, ellos, ellas*, ab *ecce* & *ille.*

4. ab *is* & *demum* adverbio, unde oritur, *idem, eadem, idem.*

5. Pronomina componuntur cum conjunctione *ne*, ut *hiccine, haccine, hoccine:* accus. *hunccine, hanccine, hoccine:* abl. *hoccine, haccine, hoccine.* Plur. *haccine*, pro genere neutro in nominativo & accusativo.

9. Hi ablativi, *me, te, se, nobis, vobis*, componuntur cum præpositione *cum*, ut *mecum, tecum*, &c. *quicum*, & *quibuscum* huc referri possunt.

Quædam pronomina componuntur cum his particulis, *me, te, ce, pte, tim*, ut *egomet, tute, hujusce, suapte, meatim.*

De Derivatione verborum.

QVinque sunt formæ factorum verborum; *inceptiva, desiderativa, frequentativa*, tres formæ præcipuæ; minus præcipuæ sunt duæ, *imitativa* & *diminutiva.* Imitativorum exempla sunt, *patrisso: græcor: vulpinor*; id est, imitari patrem: more Græcorum bibere: vulpem ingenio fraudulento referre. Diminutivorum exemplum est *sorbillo*, id est, modice sorbeo.

De verbis incœptivis, quæ alias augmentativa dici solent.

QVatuor in harum formarum explicatione notabimus, 1° significationem, 2° terminationem, 3° conjugationem, 4° formationem.

1° Incœptiva plerũq; initium actionis aut passionis denotant cũ incremento, atque inde est, quòd sic resolvantur *ferbesco*, id est, incipio magis magisq; fervere: sic *calesco*, id est, incipio magis magisque calere. 2° Desinunt omnia in *sco*. 3° Sunt tertiæ conjugationis verba carentia & præterit. & sup. præteritum tamen aliquando mutuantur a primitivo, ut *calesco, calui: desferbesco, defer-*

bui. 4° Si formentur a verbis propone tibi ſecundam perſonam, ſing. num. præſ. temp. indic. vocis activæ, ut *ferveo, ferves*, & adde *co*, ſic erit *ferveſco*: at *hiſco* ab *hio*, pro *hiaſco*. 5° Multa aut a nominibus derivantur, aut primitiva habent inuſitata, *macreſco, igneſco*.

De Verbis Deſideratívis.

1. DEſiderativa ſignificant deſiderium, unde reſolvuntur per primitivum & verbum *cupio*, ut *ſcripturio*, id eſt, cupio ſcribere. 2° Deſinunt in *rio*. 3° Quartæ conjugationis ſunt verba ſine præt. & ſup. Tria tamen præteritum & ſupinum admittunt. Verſus.

Omnia præterito careant meditantia verba,
Parturio, eſurio, cum nupturio, volo tolli.

4° Formantur âpoſteriore ſupino in *u*, addendo *rio*, & *u* breviato ut *partio, partu, parturio*. Virg. *Parturit almus ager*.

De verbis frequentatívis.

1. FRequentativa ſignificant frequentę alicujus actionis iterationem, ut *verſo*, id eſt, frequenter verto. 2° Deſinunt in *to, ſo, xo*, & *or*, ut *dormito, verſo, nexo, ſector*. 3° Sunt primæ conjugationis omnia, & ejuſdem formæ cum primitivo. 4° Regularis formationis hæc exempla ſunto, *clamo, clamatu*, muta *a* in *i* breve, & *u* in *o* ſic erit *clamito*: ſic formantur frequentativa a ſup. in *atu*; ab aliis vero ſupinis ita formantur *verto, verſu*, *u* in *o*, ſic erit *verſo*.

Quædam verò a frequentativis formantur, ut *lectito, curſito*: alia irregularem habent formationem, ut a *quæro, quærito*: regularis autem formatio fuiſſet, *quæſito*, a *quæſitu*. Verſus.

Prætereunt legẽ nato, quærito, fundito, ſcitor,
Sciſcitor, atque agito, ſector, loquitor, pavitoq́,
Perſcrutando libros doctorum plura notabis.

Obſ. Vt a verbis cadunt verba, ita & ab aliis orationis partibus, ut *perenno*, a *perennis*: *perendino*, a *perendie*, &c.

OMnia participia ſunt derivativæ ſpeciei, quia derivantur a verbis: ac proinde *anſatus, pedatus, larvatus, togatus*, quanquam participiis ſint ſimilia, non tamẽ participia ſũt, quia a nominib⁹, non a verbis derivãtur.

Obſ. Participia præteriti temp. item fut. in *rus*, & verbalia pleraque in *so* formantur a ſupino, ut *lecto, lectus, lecturus, lectio*; peccant tamen ab hac regula ſequentia iſta in 1ª conjugatione. *Præſtaturus* & *præſtatio* &c. *potatus*, Plin. *juvaturus*, Sal. *incubatus*, Plin. *ſonaturus*, Hor. *fricatus*, Plin. *ſecaturus*, Columella: in 3ª conjug. *arguiturus, luiturus, ſtruiturus, pluiturus, expanſus*. Plin. in 4ª conjug. *hauſurus*, Virg.

De ſpecie & figurâ partium indeclinabiliũ.

SPecies etiam accidit partibus indeclinabilibus, ut *circa, circiter*: *age*, ab *ago*: *ut, uti*: *doctè*, a *doctus*, &c.

Quin & ſimplicem habent & compoſitam figuram partes indeclinabiles, ut *diu, perdiu*: *ubi, necubi*: *ad, adverſum*: *age, apage*: *ſed, ſedenim*.

De præpoſitionibus inſeparabilibus.

PRæpoſitiones inſeparabiles ſunt eæ quę extra compoſitionem non ſunt in uſu. Hujuſmodi ſunt *am, re, dis, di, ſe, con*. *Am*, ut *ambio*, to goe about, ſignificat circum: *re*, ſæpe iterationem ſignificat, *repono*, to ſet againe in the owne place: *ſe*, ſeparationem, ut *ſecludo*, to ſet aparte: *dis*, ut *diſtrabo*, to draw aſunder, ſeparationem ſignificat, ut etiam *di*, ut *diduco*, to bring aſyde: *con*, ut *cõjungo*, to joyne together, cõjunctionẽ ſignificat.

OBS. *Con* aliquando *n* amittit melioris ſoni gratia, ut *coemo, coaleſco*: aliquando mutat *n* in conſonam ſequentem, ut *colludo, corrigo, committo*.

Appendix de figuris Etymologicis.

FIguræ Etymologicæ ſunt quę dictionem immutant præter communem conſuetudinem, ſuntque octo, *Proſtheſis, Epentheſis, Paragoge* quæ dictionem augent;

Aphæresis, Syncope, Apocope quæ minuunt; *Antithesis, Metathesis* quæ invertunt elementa.

Prosthesis est adjectio literæ vel syllabæ ad principiũ dictionis, ut *gnate*, pro *nate*; *tetuli*, pro *tuli*.

Epenthesis est adjectio literæ vel syllabæ ad medium dictionis, ut *alituum*, pro *alitum*; *induperator*, pro *imperator*; *Maȝors*, pro *Mars*.

Paragoge est adjectio literæ vel syllabæ ad finem dictionis, ut *potestur*, pro *potest*; *dicier*, pro *dici*, paragoge comica: rarò alibi.

Aphæresis est ablatio literæ vel syllabæ de principio dictionis, ut *pone metum*; pro *depone*.

Syncope est ablatio literę vel syllabæ de medio dictionis, ut *virûm*, pro *virorum*.

Apocope est ablatio literę vel syllabæ de fine dictionis, ut *tuguri*, pro *tugurij*.

Antithesis est uni⁹ literę pro alia positio, ut *olli*, pro *illi*.

Metathesis est literarum è sua sede transpositio, ut *Evandre, Tymbre*, pro *Evander, Tymber*.

Syncope in genitivis pluralibus familiaris est poetis, ut *Cælicolûm*, pro *Cælicolarum*; *Cælestûm*, pro *Cœlestium*; *currûm*, pro *currũum*. Interdum Epenthesis, ut *Cœlitũm*, pro *Cœlitum*.

Apocope in genitivo secundæ declinationis ex duobus *i*, alterum nonnunquam tollit apud poetas, ut *peculi*, pro *peculij*.

Syncope in præteritis in *vi*, desinentibus, atque inde formatis frequenter contingit, ut *petij*, pro *petiȝi*: *petiere*, pro *petiȝere*: *amassem*, pro *amaviſſem*: sic *nosti*, pro *noviſti*: *flesti*, pro *fleviſti*, atque hic usus spectandus. At *accesti*, pro *accesſiſti*, poeticum est. Item illa *dixti, intellexti*, comica pro *dixiſti, intellexiſti*: *scin'*, pro *sciſne*, & similia partim Apocopen, partim Syncopen patiuntur.

FINIS.

DE SYNTAXI. *TRACT. I.*

1. GRammatica est ars rectè loquendi.

2. Ejus partes sunt quatuor: Orthographia, Prosodia, Etymologia & Syntaxis: de Orthographia & Prosodiâ aliâs.

3. Etymologia est pars Grammaticæ de dictione & ejus proprietatibus; cujus doctrinam partim Rudimentis, partim 7 libris antecedentibus complexi sumus.

4. Syntaxis est pars Grammaticæ, de rectâ orationis structurâ Syntaxis seu constructio est justa vel figurata.

Syntaxis justa est, quæ communem loquendi consuetudinem sequitur, estque concordantia vel regimen.

Concordantia est dictionum convenientia in uno aut pluribus accidentibus.

Ea quadruplex est verbi cum nominativo: substantivi cum adjectivo: Relativi cum antecedente: plurium dictionum casualium appositio, quibus additur concordantia interrogativi cum responsivo, quæ tamen propriè concordantia non est, quia convenientia in casu, pendet â communi dictione regente. Regimen est certi casus aut modi exigentia. Vide finem cap. 4.

CAP. I. *De Concordantia. Nominativus ante Verbum Finitum.*

OBS. Aliquando adhibetur vocativus à fronte verbi: *Luca vir maximus audi.*

Concordantia Nominativi & Verbi.

Ante capit rectum quod personale, modiq; Finiti est verbum: numerus personaq; par sit.

OBSERVATIO. Quoties nudus versus occurrit, regulæ sententiam, & exempla ex Elementis Syntaxeos repete, ibi enim extant.

Obſ. CVM verbum *ſum* collocatur poſt duos nominavos diverſorum numerorum concordabit in numero cum poſteriore. Ovid. *Omnia pontus erat.* Ter. *Amantium ira amoris redintegratio eſt.* Interdum ſecus, Liv. *Captivi militum præda fuerunt.*

Accuſativus ante infinitum.

Ante ſibi quartum verba infinita requirunt.

Concordantia Subſtantivi & Adjectivi.

Mobile vult caſum fixi, numerumq́, genuſq́.

Obſ. QVoties participium verbi *vocor, dicor, appellor,* & ſimilium, poſtponitur duobus ſubſtantivis diverſorum generum, concordabit participium in genere cum utrolibet. Liv. *Ludos Megaleſia appellatos.* Idem, *Ludi fuerunt Megaleſia appellata:* Si vero participium interponatur, concordabit cum antecedente, ut *Petrus eſt factus mancipium.*

Appoſitio.

Res eadem caſum fixis aſſignat eundem.

Obſ. 1. NON eſt neceſſe dictiones per appoſitionem in genere vel numero convenire. Vir. *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alaxin, delicias Domini.*

Obſ. 2. Cum verbum intercedit dicitur appoſitio mediata; intercedunt autem verba quadruplicia. 1° *Sum, fio, exiſto, exto, maneo, naſcor, orior,* & ſimilia, ut *Leve fit, quod bene fertur onus, Hic evadet vir doctus.* 2° Verba quæ dicuntur vocativa, ut *vocor, nuncupor, appellor, dicor, nominor, ſalutor.* Hor. *Deſcriptas ſervare vices, operumque colores, cur ego ſi nequeo, ignoroq́ Poeta ſalutor?* Adde quæ finitimam his ſignificationem habent, *deſignor, inſcribor, conſtituor,* & alia. 3° Paſſiva exiſtimandi & cognoſcendi verba, *Virtus clara æternaque habetur.* 4° Hæc & ſimilia quæ ſtatum, ſitum rei aut geſtum ſignificant, ut *dormit ſecurus, bibit jejunus, ſit cubitum incœnatus.* Cic. *Nemo ſaltat ſobrius.* Sic in infinitivo, *ſolet dormire ſupinus, video eum dormire ſupinum.*

Sum, fio, appellor, compluraq; talia rectus
Conjungunt, eadem res cum ſignatur vtrinq;.

De Infinitivo Eſſe.

Eſſe pares optat caſus, ſed non male dices,
Huic licet eſſe probũ, loquitur ſic Quintilianus.

Obſ. 3. *Factus, habitus, creditus,* & ſimilia Participia eundem caſum habent poſt ſe, quem ante ſe, etiam vocativum. Prop. *Lectule divitijs facte beate meis.*

Concordantia Relativi & Antecedentis.

Pone relativum cum præcedente in eodem
Et genere & numero, nec non perſona in eadem.

Obſ. 1. CVm Relativum, *qui, qua, quod* collocatur inter duo ſubſtantiva diverſorum generum, cõcordabit in genere cum utrolibet, Cic. *Animal plenum rationis & conſilij, quem vocamus hominem*: vel *animal plenum, &c. quod vocamus hominem.* Idem. *Sempiterni ignes, qua vocamus ſidera.* Quod ſi poſterius ſit proprium, cum eo potius concordabit, Sal. *Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.*

Ad convenientiam Relativi & Antecedentis ſpectant hęc relativa, *qui, qua, quod, ille, ipſe, hic, is,* & *idem.* Alia vero relativa conveniunt cum conſequente, qualia ſunt hęc; *qualis, quantus, cetera, ceterum,* &c. *Amo laurum & ceteras arbores.* Ov. *Vade ſed incultus, qualem decet exulis eſſe.* Librum ſuum alloquitur.

Concordantia Interrogativi & Reſponſivi.

Da reſponſivo caſum, quem quæſtio præfert.

Obſ. INterrogativis danda ſunt debita reſponſiva, ut *quis eſt? Petrus. Quid vides? hominem. Qualis eſt? doctus. Quantus eſt? magnus, parvus. Quotus eſt? primus, ſecundus. Quot ludunt? tres, quatuor.*

Scholia ad Cap. 1.

APPOSITIO.) *Quanquam appoſitio ſit concordantia duorum ſubſtantivorum, videntur tamen adjectiva*

hic locum occupare aliquando; quod ut manifestius fiat, observationes has subjicimus,

Obs. 1. *Gentilia sive patria nomina, ut Romani, Itali, Galli, penè sunt substantiva: ideo apud optimos autores sæpe inter hujusmodi nomina appositionem invenies. Liv. Ager captus de Gallis Boiis fuerat.*

2. *Hic obiter nota, quod non solùm gentilia sive patria nomina non sint plenè adjectiva, verum etiam numeralia. pronomina, & notæ universales & particulares, ut, omnis, quidam. &c. Quia alijs adjectivis congruè & rite adjunguntur. Virg. Aurea mula decem misi cras altera mittam.*

3. *Huc refer* millia *substantivum potiùs quam adjectivum. Plin. Ancus Martius Rex; salis modia sex millia in congiario dedit populis. Iust. Trecentis millibus mulieribus. Virg. Tot millia gentes arma ferunt Italæ.*

4. Mille *vero semper adjectivum est pluralis numeri, nisi subjiciatur ei genitivus, ut, mille equitum occisum est: at mille homines, hic adjectivum.*

5. *In Appositione nihil videtur figuratum; in exemplis enim appositionis est proprietas quædam linguæ latinæ, ut molem magalia quondam, id est, quæ fuit magalia. Vtque in Appositione nihil figuratum videtur occurere, ita nec in Evocatione, cum nomen semper imitetur personam pronominis annexi: at si non annectatur aut annecti possit pronomen primæ aut secundæ personæ, tum non est tertiæ personæ est.* Atque hactenus concordantia, succedit Regimen.

Cap. II. De regimine Substantivorum.

Genitivus post Substantivum.

Si duo continuè jungantur fixa, nec vna
Sit res, in patrio rectè casu dabis vnum.

Obs. CVm significamus pronomine possessorem, utimur pronominibus possessivis, ut *liber meus, tuus, suus, noster, vester*, non autem *liber mei*, ut *liber Petri*: cùm verò pronomen non significat possessorem,

rem, etiam pronominum primitivorum genitivis utimur. Ovid. *mror amore mei*, id est, quo ego à me amor: sic *langueo desiderio tui*: unde patet quomodo differant hæc duo, *odio tui impulsus hoc fecit*, id est, odio quo te prosequitur; et *odio tuo impulsus hoc fecit*, id est, odio quo tu eum prosequeris.

Proprietas cum Adject. laudis vel vituperii.

PRoprietas cum adjectivo notæ ponitur in genit. vel ablativo, post substantivum a quo denotatur res aut persona, cui ea inhærer. Plin. *Aristoteles immensæ subtilitatis*. Cic. *non multi cibi hospitem accipies, sed multi joci*. Ter. *homo antiqua virtute ac fide*. Idem, *mulier egregiâ formâ atque ætate integrâ*.

Item pars: sed in ablat. fere semper. Ter. *Virgo rufa, si arso ore, adunco naso.*

Pars aut proprietas, cui vituperaminis addes
Mobile vel laudis, patrio sextove locatur.

Opus & usus.

OPus substantivum indeclinabile regit ablativum. Cic. *Ubi veræ testimonia adsunt, non opus est verbis*. idem, *auctoritate tua nobis opus est & consilio*.

Obs. 1. Apud poetas interdum cum genitivo invenitur. Ovid. *Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri.*
Casus inest illic: hic erit artus opus.

2. Usus pro opus ablat. regit. Virg. *nunc viribus usus*. Plaut. *Viginti jam usus est filio argenti minis*.

3. Opus interdum adjectivè sumitur pro necessario Cic. *Dux nobis & auctor opus est*. Sic dicit Cic. *opus scitu*. Ter. *opus dictu: opus factu*.

Poscit opus sextū, tolerans quandoq; secundum.

Cap. III. De Regimine Adjectivorum.

Partitiva cum Genitivo.

Obs. 1. PArtitiva sunt nomina quæ naturâ suâ partitionē semper significant: *Partitivè ponuntur*, quæ aliquando

quando partitionem ſignificant, aliquando ſecùs. Vtraq; regunt genit pluralē, ut *nulla ſororū*, Cic. *Nigidius omnium doctiſſimus:* vel ſingularem nominis collectivi. Virg. *O Danaûm fortiſſime gentis Tydide.*

Obs. 2. Huc ſpectant 1° quæ verè partitiva ſunt, nempe ſigna (ut vocantur) univerſalia, particularia, ut *omnis, nullus, quiſiq;, aliquis, quidam, alter*, de duobus, *alius*, de pluribus. Ovid. *Quiſquis fuit ille deorum.* Cic. *quorum alter ſcientiâ te augere poteſt, altera exemplis.* 2° Interrogativa & infinita, *uter veſtrum*, de duobus, *quis veſtrum*, de pluribus. 3° Comparativa & ſuperlativa. Hor. *major juvenum: dextra eſt fortior manuum*, de duobus ejuſdem generis. Plin. *Villoſiſſimus animalium lepus*, de pluribus ejuſdem generis: imo ſi adverbia ſint, Plin. *Lynces clariſſimè omnium quadrupedum cernunt.* Quædam etiam poſitiva. Plin. *nigra lanarum nullum colorem bibunt.* 4° Numeralia cardinalia & ordinalia, ut *centum hominum*, Plin. *Calvitium uni animalium convenit homini.* Item eorum cognata, *ſolus, tot, quot, quotus, ultimus.* Ter. *Quot hominum illic litigant.* 5° Omne fere pronomen. *Hæc volucrum, illa ſororum.*

Obſ. 3. Hæc autem partitivè ponuntur, cum reſolvuntur per *inter, de, e*, vel *ex*; *Hector fortiſſimus Trojanorum*, id eſt, inter Trojanos.

Immo interdum hæ præpoſitiones cum ſuo caſu pro genitivo ponuntur, Cic. *acerrimus ex omnibus ſenſibus eſt ſenſus videndi.* Cæſ. *Pauci de noſtris cadunt.*

Obſ. 4. Partitivum ejuſdem eſt generis cum genitivo inde recto, *nulla ſororum.* Niſi ſubſtantivū aliquod præcedat cum quo conveniat, Boetius, *DEVS eſt omnium rerum præſtantiſſimus.* Hor. *quid agis dulciſſime rerum?* aut genitivus ſit collectivi nominis, ut *optimus plebis.*

Partitiva volunt patrium, cognataq; multa.
Hìc voci rectæ genus eſt conforme regentis.

Adjectiva

Reg. ADjectivum activè significans genitivum adscisit. *Natura hominum est novitatis avida, alieni appetens, sui profusus.*

Obs. *Adjectivum activè significat, quod resolvitur per verbum activum, ut memor beneficij; qui meminit. Compos voti; qui assequutus est voti. Sic Iuven. metuens virgæ jam prandis Achilles: indoctus pilæ. Quint. naturâ tenacissima sumus eorum quæ rudibus annis percipimus:* vide lib. 7. Etym.

Activè signans genitivum mobile poscit.

Adjectiva dativum regentia.

ADjectiva similitudinis, dissimilitudinis et proximitatis dativum postulant: *par odio importuna benevolentia.* Iuvenal. *Rara avis in terris, nigroq; simillima cygno.* Hor. *invitum qui servat, idem facit occidenti.* Cato. *proximus ille DEO, qui scit ratione tacere.* Ovid. *mala sunt vicina bonis: est mihi intimus: fuit mihi obvius.*

Obs. *Nonnulla, sed rarius genitivum admittunt. Terent. nolunt patres nos affines esse earum rerum, quas fert adolescentia. Idem, spero similis est majorum suorum: similis patris plerumq; de moribus dicitur; similis patri de figura. Cicer. eorum, quæ dixi, dissimile.*

Affinis, similis, communis, par, propriusq;,
Finitimus, fidus, conterminus atque superstes,
Conscius & socius, conformis, sive propinquus,
Impar, dissimilis, veluti vicinus, amicus,
Hæc casum ternum donabunt sive secundum.

Ablativus post Comparativum.

Sextum da medio gradui per (quàm) resoluto.

Cap. IV. De Reciprocatione Pronominum sui & suus.

PRima et secunda persona per suos obliquos reciprocantur, *Ego mihi conscius sum: tu tibi conscius es.* Tertia per-

tia persona pro sua reciprocatur; *Petrus sibi conscius est: amat se: miseretur sui.*

Aliquando fit reciprocatio a tertiâ personâ in aliquid ab eâ possessum, vel contra, ab eo quod a tertiâ personâ possidetur, ad ipsam; in quibus pro possessivum *suus* loquimur. Prioris modi exempla; *abijt ad villam suam: fungitur officio suo.* Posterioris, Mar. *Et sua reserunt sæcula Mæoniden.* Cic. *Illum ulciscentur mores sui.* Cujusmodi orationum resolutio ita procedit. Sæcula Meonidę, riserunt ipsum, &c.

In hac reciprocatione duo notanda sunt, 1° ut quando accedit altera tertia persona, vitetur ambiguitas, cujus vitandę causâ interdum pro *sui* & *suus* alia substituenda sunt pronomina, *is, ille, ipse.* Ut *percussit illum gladio ejus potiùs, quam suo. Christus liberat electos a peccatis ipsorum, non suis.*

2° Consulendum est etiam Euphoniæ & orationis nitori; quâ causâ interdum repudiantur *sui* & *suus. Cepi leonem & catulos ejus*, non, suos. *Petrus non adest, sed filius ejus*, non, suus. Vbi hæc non obsunt, elegantior est usus reciproci pronominis, *Trahit sua quemque voluptas*, non, ipsius: *istorum inter se consensio*, potiùs quam inter ipsos.

Admonitio. *Sex desinceps capitibus succedit Regimen Verborum. Atque id quidem* 1° *vel proprium est, vel commune verbo cum nomine.* 2° *Simplex est, vel geminatum, illud unius est casus, hoc duorum.* 3° *Perpetuum est, vel variatum; perpetuum semper sibi constat, variatum non item. Habes* 5. 6. 7. *cap. Regimen verborum proprium. Idq; vel personalium est, vel impersonalium. Rursus personalium est vel simplex vel geminatum. Harum divisionum usus occurrit etiam in Regimine Nominum, quod attento lectoris facile fuerit cap.* 2. & 3. *hujus Tractatûs observare.*

CAP. V. *Verborum personalium regimen simplex. Accusativus post activum.*

Omnibus activis quartum subjungito casum.

Dativus proprius post Verbum.

Reg. DAtivum ut proprium casum regunt duæ verborum classes: prior est verborum propriè neutrorum, quæ quadruplicia sunt.

1. Verba studendi, 2° verba gaudii, 3° verba irascendi, 4° verba assentiendi & dissentiendi, ut *studeo grammaticæ.* Cic. *Tibi gratulor, mihi gaudeo: irascitur tibi pater.* Cic. *Senatus mihi assensus est:* idem, *ejus orationi ab omnibus reclamatum est.*

Posterior classis est eorum verborum quæ in linguâ quidem latinâ neutra sunt, in linguâ autem nostrâ, & ex vi suæ significationis activa, ut *noceo*, dicimus enim, *I am hurt*: at latini his, ut neutris, dativum tribuunt, nec aliud passivum quàm impersonale, *I am favoured, favetur mihi*, sic *favetur tibi, illi, nobis, vobis, illis.* Hujusmodi sunt varia.

1. Verba occurrendi. Vir. *Occurrare capro, cornu ferit ille, caveto.*

2. Verba favendi & invidendi; *industriæ gloriæque alicujus favere*, apud Cic. Mart. *Omnibus invideas, livide nemo tibi.*

3. Medeor & medicor. Virgil. *Senibus medicantur anhelis.*

4. Verba imperij & obedientiæ: item dominationis & servitutis. *Imperat aut servit collecta pecunia cuique. Sapiens dominabitur astris.* Tib. *Longa dies homini docuit parere leones.*

5. His affinia, sunt verba adulandi & resistendi. Cic. *Tibi lenocinabitur.* Ov. *Ignavis precibus fortuna repugnat.*

6. Auxiliandi & nocendi; *subvenite mihi misero.* Publ. *Bonis nocet, quisquis pepercit malis. Lædo* & *Læsso* accusativum regunt.

7 Parcendi. Ovid. *Parce Venus nurui.*

8 Fidendi. *fido, confido, credo tibi.*

9 Denique multa Dativum postulant de quibus non est certa regula, Iuven. *Difficile est barbato imponere regi*

sto pollicitis: sto ejus judicio. Verbum Catonis, *neq; deesse, neq; superesse reip. volo.*

Multa petunt proprium sibi personalia ternũ.
Gratulor, irascor, studeo, consentio, sicut
Occurro, invideo, faveo, sic verba medendi,
Impero cum dominor, sic pareo, sic & adulor,
Pugno ac auxilior noceo, sed dat juvo quartum.
Sic parco, fido: reliquis haud regula certa est.

Ablativus post Passivum.

Passivis sextum dabimus cum præpositurâ.

Obs. *Huc pertinent tria quæ neutro passiva dicuntur; Vapulo, vaneo, fio*, ut *veniit a domino*: *vapulabis a præceptore.*

Obs. 2. *Videor in significatione quadam* (I seeme) *semper dat. regit*, ut *videtur mihi doctus.*

Infinitivus post verbum.

Cum duo junguntur verba, ut bene vivere
Verbo finito modus infinitus adhæret. [*discе,*

Obs. *Adjectiva etiam nonnulla infinitivum regunt. Paratus respondere, cupidus mori, dignus amari.* Vir. *Dido certa mori. Interdum & substantiva; sed raro. Cic. tempus esset jam de ordine argumentorum dicere.*

Cap. VI. *Verborum personalium regimen geminatum.*

Reg. 1. *Celo* cum verbis *rogandi, docendi, vestiendi,* regunt post se duos accusativos pro diversis acceptos: eorum enim alter personam, alter rem denotat, ut *celo te hanc rem.* Virg. *Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.* Proverb, *Multa hominem fames docet: induo te tunicam.*

Obs. 1. Horum passiva regunt accusativum rei. Cic. *multa ex his admonemur.* Idem, *rogantur sententiam.* Hor. *dulces*

dulces docta modos. sic *doctus ad omnem malitiam.* De regula & exceptionibus hi versus.

Celo, rogo, doceo, geminant vt vestio quartos
Diversos: Dices veniam quoq; poscimus abste.
Induo veste patrem dic, aut vestē induo patri,
Rem tibi vel de re te celo dicimus aptè.
Te doceo de Grammatica, tu dicito parcè.

Obs. 2. Instruo, instituo, imbuo, ablativum regunt. Cato. *Instrue præceptis animum.* Liv. *errore animos imbuere.* Cic. *Doctrinâ institutus & imbutus.* Sic apud eundem, *græcis literis satis doctus.*

Reg. 2. *Verba æstimandi* regunt post se genitivum. Cic. *Virtus voluptatem minimi facit: non puto ejus dona esse tanti; æqui bonique hoc consule: Conscientia mihi pluris est, quàm hominis sermo:* æstimo & existimo inveniuntur cum ablativo. Cic. *gloriosa sapientia non magno existimanda est: data magno æstimas, acceptâ parvo.* Versus.

Æstimo, curo, puto, facio cum consulo, duco,
Pendo, habeo, refert, est, inter & est bene jūgo,
Admittunt patrios tanti, quanti atq; minoris
Et pluris, nihili, nauci, floccíq;, boniq;.
Magni, infiniti, majoris, maximi & assis,
Et minimi, multi, parvi, cum plurimi & æqui.

Reg. 3. *Verba accusandi, damnandi & absolvendi* genitivum regunt qui *crimen* significet. Cic. *eam capitis accusat:* id est, criminis capitalis. Cic. *majestatis delatus est condemnatus est peculatûs: cædis absolutus est.*

Obs. 1. Si non fuerit proprium criminis nomen, apponitur ablativus, & interdum additâ præpositione; *utro accusavit? furti? an sacrilegij? an utroq;? de pluribus simul accusaris.* Ovid. *Utinam temeraria dicar, criminibus falsis insimulasse virum.* Interdum & proprium crimen.

Cic. *capite damnatos morte multavit*. Idem; *de alea condemnatus*.

2. Nomen *pœnæ* interdum ponitur in genitivo, sed potius ablativo. Horat. *damnatus longi Sisyphus laboris*. Curt. *insulas pecuniâ multat*.

3. *Moneo, admoneo, commoneo, commonefacio*, hanc constructionem imitantur; Liv. *Res adversæ admonuerũt religionum: admonuit me erratis: commorefecit te officij*, vel *de officio*: interdum habent geminũ accusativum. Ter. *ridiculum est te istud me admonere Clitipho*.

Accuso, damno, moneo, contraria, laudo, Criminis aut pœnæ vel laudis habẽto secundũ Aut sextum: sed Valla dedit tantũmodo sextis Altero & ambobus, neutro, vel utro vel utrog.

Cap. VII. Regimen Verborum Impersonalium.

Reg. 1. Quædam cum accusativo personæ patientis regunt genitivum rei agentis, suntque hæc, *pœnitet, tædet, miseret, pudet, piget*, ut *miseret Christum peccatoris*. Cic. *nihil faciendum est, cujus nos pœnitere possit*. Ter. *miseret me tui*, sic *miserescit me tui*. Plaut. *tædet sermonis tui, scilicet me* Ter. *non te pudet vanitatis*. At præteriti periphrasis solum genitivum sibi subjicit; Virg. *si non pertæsum thalami tædæq; fuisset. Misertum est virginis*.

Obs. *Verba personalia etiam, misericordiam denotantia, regunt genit*. Plaut. *mei miseret nemo*. Virg. *nil nostri miserere*. Id. *Arcadii quæso miserescite regis. At miseror accusativum regit*. Cæs. *Cum familiaribus suis commune periculum miserabantur*.

Pœnitet & tædet, miseret, pudet & piget optant Accusativum patientem cum genitivo.

Reg. 2. Et activa & neutra formant à se passiva impersonalia, quæ admittunt post se ablativum cum præpositione *à* vel *ab*. Cæs. *cum ab hostibus constanter, & magnitudine pugnaretur*. alias ablativus hic subauditur, ut *quid agitur? luditur, pugnatur*.

Obs. Quædam impersonalia passiva, prçter hunc ablativum admittunt post se casum suorum personalium, nisi sit accusativus. Cic. *occurritur nobis à doctis*: at non dicendum, *legitur à me Ciceronem*, sed *Cicero*.

Impersonali passivo subjice sextum.

Reg. 3. Quædã personalia multi annumerant impersonalibus, quorum multa regunt dativum, ut *peccare licet nemini*. Horat. *Non cuivis homini contingit adire Corinthũ*. Quatuor, nempe *delectat, decet, juvat, oportet* accusativum regunt sine præpositione. Iustin. *Virum prudentem decet non minus in secundis adversa, quam in adversis secunda cogitare*: de quibus datur hic versus;

Delectat decet atq; juvat do quarto & opertet.

De reliquis vero hæc regula.

Vsq; tibi casum hæc adsciscunt verba dativum
Contingit, restat, placet, evenit, accidit & fit,
Sufficit & cõstat, libet, & liquet, & dolet adde,
His vacat & conducit & expedit & licet, atq;
Convenit & præstat: sed dicito pertinet ad me
Attinet & spectat rectè conjungimus isti.

Cap. VIII. Participiorum & participialium Regimen.

Obs. Osus, perosus, exosus, ab odi & inde compositis parprima. ticipia sunt activæ significationis, & cum accus. construuntur. Ovid, ille perosus opes, sylvas & rura colebat. aliquãdo tamen fiunt nomina, & tum quidem si activè significent, genitivum regunt, ut, exosus vitæ, perosus ridendi: sin passivè, dativum postulant, ut, Epictetus Deus haud est exosus.

Secunda. Participium transit in nomen quatuor modis. 1o comparatione; ut amans, amantior; nomen est, non participium. 2° compositione, quoties aliter componitur quam verbum, ut, illæsus, innocens, nomina sunt; quia non dicimus illædo, innoceo, 3° amissione temporis, beatus pro divite. 4° amis-

siene significationis, amandus, pro amari dignus, quoties autẽ hoc continget, amittunt participia constructionem suorum verborum, ut, scitus Gadorum, acceptus tibi, amans vini. Et quæ in dus exeunt, dativum regunt cum desinunt esse participia. Ovid. sæpe tibi pater est, sæpe legendus avus, id est, legi dignus, vel debet legi.

Tertia, Gerundium nominativi casus absolutè ponitur cum verbo est, cum quo necessitatem significat, vel officium, vel decorum, vt, viuendum est ætate, id est, debemus vti: moriendum est omnibus, id est, oportet omnes mori.

Quarta, Gerundia genitivi, accusativi & ablativi casum reguntur eodem modo, quo ijdem casus in nominibus: Tempus scribendi, non scribere: cupidus discendi, non discere: ne præceptis ad loquendum, non loqui: deterres a discendo: scribendo disces scribere. Atq; hactenus verborum Regimen proprium; succedit commune: idq; vel perpetuum est, vel vagum.

Verbum participans sequitur, primumq; supini
Activè signans: activa gerundia junge. Cnum

CAP. IX. Nominum, Verborum & Participiorum regimen perpetuum.

De commodo aut incommodo.

Observ. prima. HIC dativus communis ab omnibus fere verbis regitur vi communis cujusdam significationis, quæ in plerisque verbis alicujus rei acquisitio est, unde verba hæc dicuntur acquisitivè poni. *Doce mihi filium.* Virg. *It hasta Tago per tempus utrumq;.* Id. *centum cui templa Sabæo thure calent.* Ovid. *semper tibi pendeat hamus.*

Obs. secunda. Ex his plurima cum dativo accusativum jungunt.

Acquisitive si ponas verba dativum
Adde his: adjungunt quartũ permulta dativo.

Talia sunt, 1° Dandi & reddendi. Plaut. *Do tibi operam, si quid est quod me velis: par pari refero.*

2° Verba comparandi. Virg. *sic parvis componere magna solebam.*

3° Indicandi & nunciandi. Plaut. *Nunquid aliud vis patri nunciari.*

4° Vendicandi, *vendico mihi hunc librum.*

5° Mittendi. Ovid. *Hanc tua Penelope lento tibi mittit Ulysse*; in prosa potius, *mitto ad te.*

6° Promittendi. Cic. *quæ tibi promitto ac recipio me esse observaturum.*

7° Committendi. Ter. *ovem lupo commisisti.* Id. *tibi pater me dedo.*

8° Denique infinita alia, de quibus non constat certa regula, ut *debeo tibi etiam: habe tibi res tuas.*

Obs. tertia. Adjectiva verò, quibus significatur quæpiam utilitas aut damnum, varia sunt & multiplicia. 1° Adjectiva adversitatis sive contrarietatis, ut, *hyems est nobis gravis: fuit mihi valde infestus.* Ovid. *Qui color albus erat, nunc est contrarius albo.* 2° Verbalia in (*bilis*) passivæ significationis. Auson. *multis terribilis caveto multos.* 3° Alia complura.

Mobile quo damnum signabitur utilitasve
Cum terno pones, rem personamve notante.

Regimen commune Ablativi.

Reg. ADjectiva, verba & participia quæ significant affectionem aut proprietatem animi vel corporis, ablativum adsciscunt, ut, *ægrotat animo magis, quàm corpore.* Cic. *angor animo.* Sal. *Antonius pedibus æger: æger oculis: quietus animo: linguâ quàm manu promptior: animoq; & corpore torpet.*

Obs. 1. Affectiones animi sunt desiderium, cura, metus, lætitia, dolor, & his similia vel contraria.

2. Interdum genitivum habent. Cic. *pendeo animi*: Plaut. *petulantia me animi miseram facit: felix animi:*

mallet animi; ſed uſus ablativi oratoribus magis cõvenit.

3. Hæc conſtructio ſæpius effertur in adjectivis per regulam proprietatis aut partis cum adjectivo notæ, ut, *Vir ægris oculis, lento gradu:* vide cap. 3. In verbis autem per regulam præcedentem, *ægrotat illi animus, pendet illi animus.*

*Obſ.*4. Poetæ & interdum Hiſtorici accuſativo hic vtuntur. Hor. *miles ait multo jam fractus membra labore.* Virg. *Os humeroſque Deo ſimilis.* Liv. *Hannibal femur tragulâ ictus cecidit.* Hæc *Synecdoche Grammatica* vulgò dicitur.

Mobile vel verbũ quod ſignat proprietatem
Corporis aut animi ſextum plerumq́ requirit.

Menſura exceſſûs.

Reg. MEnſura exceſsûs ponitur in ablativo poſt verbum vel adjectivum: *ſum te modico altior: hoc lignum excedit illud digito.*

Menſuram exceſſûs verbum vel mobile ſexto
Optat: vt excedo digito, pede longior vno.

Res in quâ exceditur.

Reg. REs in quâ exceditur, itidem in ablativo ponitur, ut, *Turpe eſt quos dignitate præſiteris, ab his virtute ſuperari.* Cic. *antecellere omnibus ingenij gloriâ contigit.*

Sexto rite illud quo res exceditur effer.

Verba accipiendi, &c.

Reg. VErba accipiendi, diſtandi, removendi & liberandi, quædam etiam petendi, item adjectiva diverſitatis, libertatis & alia nonnulla regunt ablativum cum præpoſitione *à*, vel *ab*, ut, paſſiva; ut, *longe diſtat à nobis Italia.* Cic. *binas à te accepi literas: Remove DOMINE à nobis peccata: DEVS te liberabit ab his moleſtijs; auxilium ab eo peto; multas ab eo paſſus ſum injurias.*

Virg.

Virg: *Tu nunc eris alter ab illo; primus a rege: integer a vitiis: vacuus ab odio & irâ.* Aliquando præpositio omittitur. Sueton. *Philosophos omnes Vrbe Italiâque submovit.*

Accipio, amoveo, dicto passiva sequuntur: Sic alius ponas & quæ conformia noris.

Adjectiva & verba proprietatis.

PLurima adjectiva & verba significantia proprietatem generalem, mutationem aut privationem aut ejusmodi quid, regunt post se ablativum, qui speciali vocabulo generalitatem illam restringit. Cic. *Homo singulari audaciâ præditus: dignus mercede: indignus honore: onustus auro: fretus suis viribus id egit: fraudo te jure: beo te divitiis: abdicavit se magistratu: afficio te honore: prosequor te odio.* Stilo hic ablativus restringens.

SCHOLIA.] *Huc spectant & ista, colo te munere: cumulo te honore, id est, valde honoro: spargo domum floribus: augeo te divitijs: insterno lectum tapetis: muneror, remuneror te equo: dignor te laude: muto aurum argento: onerat, exonerat, expedit se curis: unxit se oleo: nutrio te cibo: vescor carne: victito lacte: auctus honore: emunxit senem argento: ego hoc te fasce levabo, lacto, reficio, orno, locupleto, oblecto, inficio, inquino, polluo, nudo, privo, orbo, exinanio, spolio, premo, maculo, tego, operio, cooperio, munio, frustror, & alia.*

Verbum vel nomen quo quid generale notatur In sexto casu nomen speciale requirit.

Cap. X. Nominum, Verborum, & Participiorum Regimen varium.

De Copiâ aut Inopiâ.

Schol. EXempla hujus regulæ sunt triplicia. 1° *quedam genit. sæpius habent, Sterilis, vanus, expers, inanis, exors.* 2° *quedam indifferenter genit. vel ablativum; Plenus, dives, abundans, fœcundus, egenus, egeo, indigeo.*

3°. *Reliqua ſæpius ablativum*, ut, *malo virum pecuniâ, quàm pecuniam viro indigentem. Ovid. Quod caret alterna requie, durabile non eſt.*

Dat patrium aut ſextũ tibi copia ſicut egeſtas.

Menſura extenſionis aut diſtantiæ.

Reg. ADjectiva & verba regunt menſuram extenſionis aut diſtantiæ loci unus ab alio in accuſativo vel ablativo. Extenſionis exempla. *Pannus longus tres ulnas*, vel *tribus ulnis*. Huc ſpectant, *profundus, altus, latus, craſſus*. Virg. *Dic quibus in terris (& eris mihi magnus Apollo) tres pateat cœli ſpatium, non amplius, ulnas.* Diſtantiæ exempla. *Londinum hinc diſtat trecenta miliaria*, vel *trecentis miliaribus.*

Obſ. At ſi ſignificetur ſpatium progreſsûs à loco ad locum, accuſativo fere ſemper utimur. Mart. *duo milia non piget ire.* Plin. *Ne hinc exceſſeris latum unguem.*

Vult menſura loci medii aut extenſio quartum
Aut ſextũ: longus tres ulnas, vel tribus ulnis.

Variantia Syntaxin.

Reg. PLurima adjectiva & verba variant conſtructionem, de quibus non datur certa regula, eaque duplicia ſunt, vel enim ſub eâdem ſignificatione mutant conſtructionẽ, vel ſub diverſâ. Prioris generis ſunt hæc. *Calcei apti pedibus*, vel *ad pedes: alienus conſilii, conſilio*, vel *potiùs à conſilio: interdico tibi domum meam*, vel *domo mea: valet decem aſſes*, vel *decem aſſibus: Obliviſcor, recordor, reminiſcor, memini tui*, vel *te.*

Pauca recordandi patrium quartumve requirunt.

Sub diverſâ ſignificatione hæc mutant Syntaxin.

Eſt pro pertinet regit genitivum, ut, *quicquid habemus, eſt Dei*, id eſt, pertinet ad Deum.

Eſt pro habere, regit dativum antecedente nomine ſubſtantivo,

ſtantivo, ut, *non eſt illi pecunia*, id eſt, non habet pecuniam. *Quidam putant dat. regi à pecunia.*

Fixa dabant ternum ſubſtantivo mediante Verbo; quod per habet contingit ſæpe reſolvi.

Item, cum relatio & reſpectus habetur ad aliquid, ut, *qua huic eſt conjux, tibi nurus eſt.* Ovid. *Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eris.* Cic. *Platoni corpus eſt vox*, id eſt, juxta Platonis ſententiam: quomodo dicimus, *Ariſtoteli ſpongia ſentiunt.* Sic, *conſulo tibi*, id eſt, *conſilium do, conſulo te*: id eſt, *conſilium peto; conſule honori & famæ*, id eſt, *rationem habe honoris & famæ.*

Schol.) *Primi ordinis exempla alia hæc ſint: hoc erit tibi vtile: homo ad nullam rem vtilis: virtutes ſunt ſibi invicem æquales; vel inter ſe: ſuperſedeo hunc laborem itineris, vel potius, hoc labore: moderari animũ vel animo: occumbere morti vel mortem: dono tibi librum vel dono te libro: impertior tibi fortunas meas, vel impertior te fortunis meis.* Cic. *hominum vita diſtat à victu beſtiarum.* Hor. *nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis.*

Sic *diſcrepo* & *interſum* differentiæ verba cum dativo conſtruuntur.

Secundi ordinis exempla alia hæc ſint: potitus eſt rerum, id eſt, vicit; potitus eſt auro, id eſt, aſſequutus eſt; cave tibi, id eſt, cave ne quid mali tibi eveniat: caveo te, id eſt, caveo ne incommodo aliquo me afficias: metuo tibi, id eſt, metuo ne quid mali tibi accidat: metuo te, id eſt, metuo ne quâ injuria me afficias: impoſuit mihi, id eſt, me feſellit: imponere Pelion Oſſæ, id eſt, ſuperponere. Virgilius præſtat Homero, id eſt, antecellit: præſtitit ſe virum bonum vel amicum, id eſt, ita ſe geſſit ut virum bonum vel amicum decet: meminit noſtri, id eſt, recordatus eſt: meminiſti ipſe de exulibus, id eſt, mentionẽ feciſti exulum: participo te auri vel auro, id eſt, participem te facio: participo pœnã, id eſt, in pœna fio particeps.

Multa ſuam variãt ſyntaxin, quæ docet vſus: Quædam ſub vario ſenſu, permulta ſub vno.

CAP.

Cap. XI. Regulæ Quæstionum.

IN Rudimentis jam diximus de ablativo modi, instrumenti, causæ, pretii, item de tempore, & propriis nominibus oppidorum; quæ supersunt hic adjicimus.

Ad quæstionem *ex quâ materiâ*, respondè per ablativum materiæ cum præpositione *de*, *e*, vel *ex*, ut, *Adam factus est e limo terræ*. Apud Poetas, præpositio aliquando omittitur, sic dicimus, *faber cudit nummos fulvo auro*.

Ad qnæstionem *quando*, respondemus item per ablativum absolutè positum, id est, per ablativum qui à nullâ dictione regitur, ut, *sole oriente oritur dies: Augusto regnante natus est Christus: Tiberio imperante crucifixus est*.

Schol.) *Hic ablativus absolutè positus habet semper participium vel expressum, ut, præceptore docente discunt discipuli, vel subauditum, ut, hoc non fecit me impulsore, scilicet, existente. Atque hi ablativi ita resolvuntur, discunt discipuli, dum ego præceptor doceo: hoc ut faceret, non ego impuli.*

Ad quæstionem *quam citò?* resp. per ablativum. Ter. *dum in dubio est animus, paulò momento huc illuc impellitur.* Hor. ubi habes etiam ablativi absolutè positi, exemplũ:

Contra mercator navim jactantibus austris,
Militia est potior: quid enim? concurritur: horæ.
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.

Interdum per accusativum cum prepositione, *intra paucos dies hic aderit*.

Cap. XII. De Syntaxi Adverbiorum Aphorismi.

COnvenientia adverbiorũ supra fuit in definitione adverbii; Adverbiorum rectio vel est modi vel casûs, quia rectio modi est communis adverbiis cum conjunctionibus, ideo in ultimum locum eam rejecimus.

1. *Ergo* pro causâ genit. regit, ut *illius ergo huc veni*, id est, illius causâ.

2. *Pridiè* & *postridiè* triplicem habent Syntaxin, vel

enim

enim regunt genit. casum, ut, *pridiè, postridiè illius diei, calendarum*: vel accusat. inteilectâ præpositione *ante* vel *post*, ut, *pridiè, postridiè calendas, nonas*: vel admittunt verbum cum particulâ *quàm*, ut, *pridiè quàm excessit è vitâ.*

CAP. XIII. *De Præpositionum Syntaxi.*

1. INterdum præpositiones præponuntur adverbiis, ut *desubitò, derepentè*: interdum aliis præpositionibus. Cic. *ibi esse volo usq; ad pridiè calendas Maias.* Idem, *de Quinto fratre nuntij nobis tristes ex ante diem nonas Iunias, usque ad pridie calendas Septembres*: sic, *ad Alpes versus: in forum versus: comitia distulit in ante diem calend.* Sic in librorum citationibus, ut *Plutarchus in de defectu oraculorum*: sic, *præter propter*, pro fere.

2. *Versus & tenus* casui suo postponuntur, ut *Romam versus: capulo tenus abdidit ensem*: cætera præponuntur, nisi sit Anastrophe, ut *Italiam contra.*

3. *Clam* aliquando accus. regit, ut *clam patrem*, sic dicimus, *procul dubio, procul muros, procul urbem.*

4. *A* præponitur consonantibus, *ab* vocalibus: rarò autem aliis consonantibus quam j *consonanti* & liquidis. Virg. *ab Ioue principium musæ: ab rege. Abs* præponitur *q* & *t*, *abs Tito.* Terent. *abs quovis homine beneficium accipere gaudeas.*

5. Præpositio *cum* quando comitatum significat expressè additur, ut *stant cum gladiis in senatu.*

6. Præpositiones, cum amittunt casum suum, adverbiascunt, ut *longo post tempore venit*: sic, *multò ante, paulò post venit.*

CAP. XIV. *De Syntaxi Interjectionum.*

1. OHe regit vocat. ut *ohe, jam satis est, ohe libelle!*

2. *Ah* & *vah* regunt nom. accus. & vocat. ut *ah, virgo infelix*, vel *infelicem virginem: vah mea Antiphila: vah inconstantiam.*

3. *Apage* regit accus. ut *apage istiusmodi salutem.*

4. Sæpius sine casu adhibetur interjectio, ut *hei! vereor nequid Andria apportet mali.*

5. Loco interjectionis aliquando adhibetur nomen. Terent. *quas (malùm) ambages mihi narrare occipit:* ubi (*malùm*) salvâ sententiâ tolli potest, quod interjectionis est proprium. Sic interjectionis vices supplet aliquando *infandùm.*

CAP. XV. De Conjunctionibus ac, atque, ut, & qui.

AC vel *atque* vel *qui* postponuntur pronomini *idem.* Cic. *Peripatetici quondam erant ĭdem, qui Academici.* Terent. *animus erga te idem est, ac fuit.* Cic. *unum & idem videtur esse, atq; id quod de me ipso nominatim tulisti.*

De Regimine modi.

NE, adverbium prohibendi subjunctivis adhæret vel imperativis, *ne cruciate: ne posteà culpam in me conferas.* In reliquo modorum regimine tria nobis consideranda sunt; 1° quæ adverbia aut conjunctiones adhæreant indicativo tantùm: 2° quæ subjunctivo tantùm: 3° quæ vel indicativo vel subjunctivo.

Indicativo adhærent hæc Adverbia.

1. UT pro *postquam.* Ovid. *Ut sumus in ponto ter frigore constitit Ister.*

2. *Ne, an,* interrogantis. Virg. *Quid puer Ascanius? superatne & vescitur aurâ æthereâ?* sic *num,* nisi aliud verbum sequatur, ut, *num venit frater tuus:* at, *dubito num venerit.*

Hæ Conjunctiones Indicativo adhærent.

1. ETSI, *tametsi.* Plaut. *Quanquam sumus pauperculi, est domi quod edamus.*

2. *Quoniam, quando, quandoquidem.* Ter. *ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me.*

3. Quippe

3. *Quippe*, ut, *non est huic fides adhibenda, quippe bis pejeravit: at, quippe qui*, vel Indic. vel subjunct. adhæret, ut *non est ei fides adhibenda, quippe qui pejeravit vel pejeraverit.*

Subjunctivo gaudent hæc Adverbia.

1. *Quasi, ceu, tanquam, perinde, ac, ſi.* Ter. *Quaſi non norimus nos inter nos.* Plin. *Ceu vero neſciam adverſus Theophraſtum ſcripſiſſe fœminam.*

2. *Ne, an, num*, dubitantis, ut *nihil refert feceriſne an perſuaſeris: Honeſtumne factu ſit an turpe dubitant.*

Subjunctivo junguntur hæ Conjunctiones.

1. *Licet.* Cic. *Quod turpe eſt quamvis occultetur, honeſtum nullo pacto eſſe poteſt.*

2. *Vt* pro *quamvis.* Ovid. *Vt deſint vires tamen eſt laudanda voluntas.*

3. *Vt* cauſalis item *quin, ne, licet*, & quę ſimilem vim habent, ut. *qui, vti, quo, dummodo*, & alia; *rogo te ut venias: monui ne faceres: delirus qui huic credas.* Ter. *Non dubium eſt quin vxorem nolit ducere.* Et per Eclipſin, *Cave te triſtem eſſe ſentiat*, pro, *ne te triſtem eſſe ſentiat.*

4. Vt, *qui*, ſic alia relativa, ſeu nomina, ſeu adverbia, *qualis, quantus, quantùm, quoties, quomodò*, modò aliud verbum precedat, ut, *ſcio qualis ſit, quomodò ſe geſſerit, &c.*

Indicativis aut Subjunctivis hæc adhærent.

1. ADverbia, *ubi, poſtquam, cum, ſimul, ſimulac, ſimulatque, priuſquam, antequam, quemadmodum, utcunq;*. Terent. *ubi voles arceſſe: ubi quis ſemel pejeraverit fides ei adhibenda non eſt.*

2. Conjunctiones *quamvis, quanquam, etiamſi, ſi, niſi, niſiquidem, quòd, quia.* Terent. *mirum ni domi eſt.* Idem, *nĩ noſſem cauſam, crederem hunc vera loqui.*

Cap. XVI. Conſtructiones generales.

Reg. 1. SÆpe Syntaxis pendet à compoſitione; exempli gratiâ,

Primò. *Interest* & *refert* composita ex ablativo (re) ejus constructionem imitantur juxta regulam de regimine genitivi post substantivum: dicitur enim (*interest*) quasi in re est: & (*refert*) quasi fert res, vel è re. dicimus ergo *interest & refert omnium*, quia è re omnium: item, *interest & refert meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ*; quia è re meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ. Sal. *faciendum aliquid, quòd illorum magis quam suâ retulisset.* Cic. *interest omnium rectè agere.* Ter. *tuâ quod nihil refert percunctari desinas.* Cæsar apud Sueton. *non tam meâ, quam reip. interest uti salvus sim*, Sic *cujus vel cujâ refert, interest.*

Secundò. Quem casum regunt præpositiones extra compositionem eundem etiam regunt in compositione, ut, *adeo patrem: egredior foro: exeo templo*, vel *templum*; ac si prior compositionis pars esset, *ex* vel *extra*.

Obs. 1. Sæpè præpositio hic repetitur; ut, *invadere in alicujus bona: adspirare ad honores: accede ad me.*

2. Hinc excipiuntur verba non pauca, ut & nomina quædam composita cum præpositionibus, *ante, ob, inter, ad, per, præ, in, sub*, & *con* præpositione inseparabili, ut *obluctor arenæ: pecunia fortunæ subjacet: lupus intervenit fabulæ: assidi mihi: multa illi imminent pericula: Virgilius Homero anteponendus est: alicui præcellere eruditione: omnis oratio moribus consonet.* Sic nomina; Ovid. *prævius auroræ Lucifer ortus erat: obvius mihi fuit: est concolor corvo: hoc non consonum, congruum, consentaneum est ejus moribus.*

Tertiò. Quemadmodum simplex, *sat*, regit genitivum, ita & compositum *satago*. Ter. *Hìc quoquæ rerum suarum satagit.*

Compositum quandoq; dabit sibi præposituræ
Casu: aliis etiã regimẽ pars prima ministrat.
Sæpe tamen casum vult præpositura dativum.

Reg. 2. Aliquando constructio pendet à derivatione; exempli gratiâ,

Primò,

Primò, comparativus ac ſuperlativus regunt omnem caſum ſui poſitivi, ut, *plenior* vel *pleniſſimus rimarum*: quia *plenus rimarum* dicimus, Cic. *gratus regi, gratior regi, gratiſſimus regi.*

Secundò, per hanc regulam adverbia derivata ab adjectivis utilitatis, ſimilitudinis, proximitatis aut affinitatis dativum poſtulant, ut, *fecit hoc utiliter tibi: venit mihi obviàm: ſimiliter huic veſtitus eſt: vivere naturæ convenienter.* Sic, ut *propior* & *proximus*, ita *propiùs* & *proximè* Dat. vel Accuſ. adſciſcunt, ut *propiùs urbi* vel *urbem*, *proximè caſtris* vel *caſtra.*

Haud raro regimen dat derivatio voci.

Reg. 3. Sæpè à ſignificationis ſimilitudine aut contrarietate pendet conſtructio, ac proinde.

Primò, ut participia (de quibus cap 8.) ob ſimilitudinem ſignificationis imitantur conſtructionem ſuorum verborum, ita & aliquando ea quæ non ſunt participia: ut *populabundus agros.* Iuſt. *Gratulabundus patriæ exſpiravit, præſcius futura* vel *rerum futurarum.*

Secundò, hinc eſt quod Synonimorum & contrariorum non raro eadem ſit conſtructio, ut *auxilior tibi, ſuccurro tibi, noceo tibi, &c.* Sic conſtructionem verbi *contingit*, imitantur, *obtingit, evenit*; huc ſpectant & iſta *ſuperat, ſupereſt, reliquum eſt, patet, ſedet pro placet.*

His affinis eſt illa regula; *Quod pro alio ponitur, conſtructionem habet ejus, pro quo ponitur.* Exempli gratia, *Idne mihi autores eſtis*, pro idne mihi ſuadetis: *Davus mihi id indicium fecit*, pro, id mihi indicavit: *id nunc operam do*, pro, idnunc ago. Sic apud Plautum. *Quid tibi hanc digito tactio eſt?* quia hic ſenſus, cur tu hanc digito tangis. Virg. *Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin*; hic *ardebat* ac cuſativum regit, quanquam neutrum ſit, quia ſumitur pro activo, *amabat.* Suet. *In conſpectum fuiſſe*, i. *veniſſe.*

A ſenſu ſolo Syntaxis ſæpe petenda eſt.

Series capitum primi Tractatus Syntaxeos.

CAPUT 1. Concordantię ſpecies quinque.
2. Subſtantivorum nominum regimen.
3. Adjectivorum regimen.
4. Pronominum reciprocatio.

Verbi regimen proprium.

5. Verborum perſonalium regimen ſimplex.
6. Verborum perſonalium regimen geminatum.
7. Verborum impersonalium regimen.
8. Participiorum & participialium regimen.

Verbi regimen cum nomine commune.

9. Nominum, Verborum & Participiorum regimen perpetuum.
10. Nominum, Verborum & Participiorum regimen varium.

Quæ vocum declinabilium conſtructiones ſuperſunt, eas ad quæſtiones aliquot revocavimus.

11. Regulę Quæſtionum.

Syntaxis vocum indeclinabilium.

12. Adverbiorum.
13. Prępoſitionum.
14. Interjectionum.
15. Conjunctionum.
16. Conſtructiones generales.

SERIES REGULARUM.

CAPITIS 1. Concordantia Nominativi et Verbi: Accuſativus ante infinitum: Cōcordantia Subſtantivi et Adjectivi: Appoſitio immediata: Appoſitio mediata: *Eſſe pares optat caſus*: Concordantia Relativi et Antecedētis: Concordātia Interrogativi et Reſponſivi.

2. Genitivus poſt Subſtantivū: Genitivus proprietatis,

Ablati-

Ablativus proprietatis, Genitivus partis, Ablativus partis: *Poscit Opus sextum.* 3. Genitivus post partitivum, Genitivus post vocem partitivè positam: Genit. post Adjectivum activæ significationis: *Affinis, similis,* etc. Ablativus post Comparativũ. 4. Pronomina reciproca. 5. Accusativus post Activũ: Dativus proprius post verbum: Ablativus post Passivum: Infinitivus post verbũ. 6. *Celo, rogo, doceo,* etc. *Æstimo, curo, puto,* etc. *Accuso, damno,* etc. 7. *Pœnitet* et *tædet,* etc. Ablativus post passivum impersonale: *Delectat, decet,* etc. *Vsq; tibi casum hæc discunt verba dativum,* etc. 8. Participium regit casum sui verbi: Participiale regit casum sui verbi. 9. Dativus post verbum acquisitivè positum: Multa verba regunt dativum cum Accusativo: Dativus post Adjectivum significans commodum, Dativus post Adjectivum significans incommodum: *Mobile vel verbum quod signat proprietatem,* etc. *Mensuram excessus,* etc. *Sexto rite illud quo res exceditur effer: Accipio, amoveo,* etc. Ablativus restringens. 10. *Dat partum aut sextum tibi copia sicut egestas: Vult mensura loci medii,* etc. *Pauca recordandi,* etc. *Fixa dabunt verbum,* etc. *Multa suam variant syntaxin, quæ docet usus.* 11. Ablativus modi: instrumenti: causæ: pretii: Accusativus vel Ablativus, temporis: Ablativus materiæ ex qua: Ablativus absolutè positus: Quæstio *quàm diu?* De propriis nominibus oppidorum. 12. 13. 14. 15. Syntaxis partium indeclinabilium. 16. Regula compositionis: derivationis: significationis. Atq; Tituli vicem regularum inter respondendum supleant. Quod si quando quid apud Authorem occurrat, cujus certa ratio è regulâ aliqua reddi non possit (quod nõnunquam accidit, prout monebimus Tract. 3. Coroll. 3.) reponatur à Discipulo respondente hic versiculus;

Regula non offert hìc se, sed classicus Author.

De Syntaxi Figuratâ.

HACTENVS juſta Syntaxis; ſuccedit Figurata, id eſt, ea quæ ob figuram aliquam à communi loquendi conſuetudine recedit.

Figura. Syntaxeos fit vel ratione convenientiæ vel regimnis. Ratione convenientiæ vel in eãdem clauſulâ, ut *Syllepſis*, vel in diverſis, ut *Prolepſis*, & *Zeugma*. Doctrinæ de *Syllepſi* duæ præmittendæ ſunt obſervationes.

Obſ. 1. Verbum adhibetur in numero plurali cum duo aut plura ſingularia conjunctione copulata præcedunt. Ovid. *Nox & amor, vinumq́; nihil moderabile ſuadent.*

2. Aliquando prępoſitione *cum* copulantur hęc ſingularia, ut, *Ilia cum Lauſo de Numitore ſati*; ſic in oratione ſolutâ, at rarò. Apul. *Iuno cum Minervâ triſtes & iratæ ſimiles in ſcenam redeunt.* Nec ſolùm copulatum hujuſmodi vim obtinet in convenientia Nominativi & Verbi, ſed & relativi & antecedentis, ſubſtantivi & adjectivi. Ovid. *Sors eadem Iſmarios Hebrum cum Strymone ſiccat.*

Cap. I. De Syllepſi.

SYllepſis eſt perſonæ vel generis. Syllepſis perſonæ locum habet, cum ſubſtantivis diverſarum perſonarum conjunctione copulatis verbum ita apponitur, ut conveniat cum perſonâ digniore. Prima autem dignior eſt ſecundâ vel tertiâ: ſecunda præſtantior eſt tertia, ut, *Ego & tu ludebamus: ego & ille ludebamus: tu & ille ludebatis.*

Syllepſis generis cernitur in vocibus ſignificantibus, vel res animatas, vel res inanimatas.

Syllepſis in vocibus res animatas ſignificantibus, ſubſtantivis diverſorum generum conjunctiõe copulatis ita adjectivum apponit, ut cum digniore genere conveniat. Maſculinum autem fœminino & neutro prętſtat: item fœmininum neutro. Exempla. *Petrus & Anna ſunt pij: Petrus ejuſque mancipium ſunt pij: Anna & ejus mancipium ſunt*

pium sunt pia. Eadem est ratio relativi & antecedentis, ut, *vide Petrum & Annam, qui sunt pij*, &c.

Aliquãdo pro copulato masculini & fœminini generis adhibetur collectivum masculini generis, & tum si mas & fœmina denotentur, adjectivum cum collectivo convenit in numero singulari, & masculino genere, ut, *Uterque est probus*, pro, Petrus & Anna sunt probi.

Sin vero voces copulati significent res inanimatas & ejusdem sint generis, adjectivum vel relativum ejusdem debẽt esse generis, ut, *ejus orationes & epistolæ sunt elaboratæ*. Alioqui adjectivum erit neutri generis. Liv. *labor voluptasque societate quadam naturali sunt inter se innexa*.

Hujusmodi constructio locum aliquando habet cum substantiva copulati, sunt generis ejusdem. Virg. *Cum Daphnidis arcum fregisti & calamos, quæ tu perverse Menalca*, &c. Horum omnium hæc ratio est, quia olim substantiva res inanimatas significantia erant neutri generis.

CAP. II. *De Prolepsi.*

PRolepsis est, cum præcessit vox aliqua totum significans, quæ in partibus non explicatur, sed intelligitur: estque vel adjectivi vel verbi.

Prolepsis adjectivi est, cum totum dividitur in suas partes, ita ut adjectivum annexum toti, subaudiatur in partibus, supplendum cum variatione numeri: ut *ambo sunt periti, hic pila, ille vero alea: hic pila*, scilicet est peritus: *ille vero alea*, scilicet est peritus.

Prolepsis verbi est, cum verbum expressè additur toti, subauditur autẽ in partibus, supplendũ cum variatione numeri, ut *aquilæ volant: hæc ab oriente, illa ab occidente, hæc ab oriente*, scil. volat: *illa ab occidente*, scil. volat.

Aliquando sub unâ eademque clausula & totum & partes continentur. Salust. *Cœpere quisque magis magisque se extollere*. Plenè ita dicendum fuerat, *Cœpere omnes artibus suis se extollere*, alius hac, alius verò illâ.

CAP. III. De Zeugmate.

Zeugma est, cum adjectivum, aut verbum, vicinioni congruens, ad diversa reducitur, ad unum expresse, ad alterum subaudite, estque Adjectivi vel Verbi.

Zeugma Adjectivi est: cum in una clausula expresse adhibetur adjectivum, in altera vero subauditur, supplendum cum variatione generis, ut *Rex ivatus est, & Regina*; scil. *est ivata*.

Zeugma Verbi est cum Verbum expresse positum in una clausula, subauditur in altera supplendum cum variatione numeri. Virg. *Hic illius arma, hic currus fuit: hæ illius arma*, scilicet fuerunt.

Atque hactenus figuræ Syntaxeos, quæ fiunt ratione convenientiæ: succedunt eæ quæ, ut plurimùm, ratione regiminis fiunt; atque hæ vel detrahunt, ut *Eclipsis*, vel addunt, ut *Pleonasmus*: vel mutant, ut *Enallage*.

CAP. IV. De Eclipsi.

Eclipsis est defectus unius dictionis in oratione, ut *paucis absolvam*, scil. *verbis*; *postquam ad Opis ventum est*, scil. *templum*.

Vi hujus figuræ (*est*) jungitur Genitivo casui, ut *non est mearum virium*, scil. *res*. *Regum est tueri leges*, scil. *officium*. Possessiva adhibentur in nominativo casu. *est meum, tuum, suum, nostrum, vestrum*, scil. *officium*.

Pronomina primæ & secundæ personæ semper subaudiuntur ante Verbum personale finiti modi, nisi impediat *Discretio*, aut *Emphasis*. Ovid. *Et si, quid faciam, nunc quoque quæris? ame*. At Horat. *Tu nidum servas, ego laudo ruris amœni rivos*. Hic partium studia discernit Horatius pronominibus expresse positis. Virg. *Cantando tu illum?* quasi diceret, tune, adeo imperitus Musicæ, illum superasti licet peritissimum? hic *tu* emphatice exprimitur, id est, ad augendam verborum vim & efficaciam. In his verbis, *pluit, fulminat, ningit, rorat, vernat,*

et simili-

& similibus, per Eclipsin subauditur *nominativus cognata significationis*, ut pluvia pluit, ros rorat.

Antecedens eleganter subauditur per Eclipsin, ut *sunt, qui aliter sentiant*, pro *sunt aliqui*. Comparativi *plus, amplius, minus*, habent post se aliquando nominativum vel accusativum aliunde rectum, intellecto adverbio *quàm*. Liv. *Romanorum minùs quadringenti*. Cæs. *cum non amplius quadringentos equos haberet*. Ter. *profectò non plus biduum*.

Per Eclipsin sæpe subauditur præpositio ablativum regens, ut *habeo te loco parentis*, pro *in loco*: Terentius *Eunucho*, scilicet *in*. Ovid. *medio tutissimus ibis*, pro *in medio*. Terent. *Quid me fiat parvi curas*, pro *de me*: sic *rediit venatu, obsonatu, pastu*, pro *à venatu*, &c. Cic. *quam fortiter hoc factum sit, nihil attinet disputare*, pro *ad nihil*.

Similiter hæc participia *natus, cretus, satus*, & similia originem significantia, ut *prognatus, oriundus, ortus* regunt post se ablativum subaudita præpositione *a* vel *ex*, ut *natus est clarissimis parentibus*. Horat. *Mecænas atavis edite regibus*: additur aliquando præpositio, ut *oriundus est rege* vel *à rege*. Eadem est constructio verborum unde derivantur hæc participia.

Præpositionis Eclipsis cernitur non rarò in appellativis nominibus locorum, adeò ut videantur imitari constructionem propriorum nominum oppidorum. Virg. *speluncam Dido dux & Trojanus eandem deveniunt*, pro *in speluncam*. Sic aliquando construuntur propria nomina majorum locorum apud Poetas, quibus alioqui addenda fuisset præpositio. Virg. *Italiam fato profugus, Lavinaq; venit littora*, pro *in Italiam*.

At verò in oratione soluta ita loquendum: *bellum geritur in Italia*. Ter. *ex Andro hæc ancilla est; herba crescunt in agro*. Quin & contra præpositio aliquando additur propriis nominibus oppidorum, ut *ad Genevam pervenit; à Messana transiere; cum essem in Mediolano*.

Atque hoc semper fere fit, cum proprio nomini oppidi add

pidi additur appellativum (*Urbs*) aut adjectivum, ut *cum essem in urbe Roma.* Ovid. *magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.*

Huc spectat & appellativum *domus*, addito adjectivo, ut *versor in domo ampla*, non *domi ampla*.

Excipiuntur hinc, *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, *alienus*, dicimus enim, *sum domi meæ*, *alienæ*; non *in domo meâ*, *alienâ*, &c.

Aliquando subauditur interjectio; præsertim cum levior est affectus, ut *me miserum! qui hæc antea non videram.*

Subauditur etiam conjunctio, & hæc Eclipsis *Asyndeton* dicitur. Ter. *Dum ea ne, metus, magister prohibebant:* huic opponitur *Polysyndeton*, id est, crebra conjunctionis iteratio. Virg. *una eurusque notusque ruunt, creberque procellis africus.*

Vt *Eclipsis* est unius vocis defectus, ita *Aposiopesis* plurium, eæque ob affectum indignationis, doloris, pudoris, gaudii reticentur. Virg. *Quos ego, sed motos præstat componere fluctus. Quos ego*, scilicet acerrime ulciscar.

Cap. 5. *De Pleonasmo.*

Pleonasmus est unius aut plurium vocum redundantia, ut *sic ore locuta est*: *parvum opusculum*, pro *parvum opus*. Terent. *Neminem hominem vidi callidiorem quam Phormionem*: *hunc suo sibi jugulo gladio*. ubi *ore*, *parvum*, *hominem*, *sibi* redundant. Aliquando *Pleonasmus* pondus addit, ut *vidi his oculis*. Cicer. *quid? in oratione quot sunt partes?* idem, *Consules diem consumsi, id quod est factum volebant.*

Cap. 6. *De Enallage.*

Enallages tres sunt species: prima cum pars orationis pro parte ponitur, & hæc figura propriè *Antimeria* dici solet, ut *sole recens orto*, pro recenter; *tempore surgendum*, pro tempestivè. Sic contra adverbium pro nomine, ut, *partim hominum venit*, pro *pars hominum*, teste Gellio.

Sic

Sic verba tertiæ personæ loco nominativi habent ante se, 1° Infinitivum sine casu. Cato. *legere, & non intelligere, negligere est*, id est, lectio non intellecta, neglecta est. 2° Infinitivum cum casu ante se, ut, *tyrannos vivere non expedit Reipublicæ*, id est, tyrannorum vita. 3° Infinitivum cum aliquo casu post se, ut *sensi verba dare difficile est*. 4° Appellatum, ut loquuntur Grammatici, ut *quod studes est tibi conducibile*.

Secunda Enallages species in unâ & eâdem orationis parte speciem pro specie ponit. Virg. *Hunc populum late regem*, pro *regnantem*. Terent. *non odio tuo id fecit*, pro *odio tui*, sic *præcipitat* pro *præcipitatur*; *vehens*, pro *vectus*.

Tertia proprietatem pro proprietate adhibet. Cic. *populo imposuimus & oratores visi sumus*: ubi Enallage est numeri pluralis pro singulari, quæ locum habet vel festivitatis, vel modestiæ causâ: sic Infinitivus adhibetur pro imperfecto Indicativi, præsertim in narrationibus. *Hic Iudices videre, stomachari, atque ægre ferre patronus causam sibi eripi*, pro videbant, &c. mihi malis hic (*cæperunt* aut *cæpit*) subaudiri. Sic secunda singularis eleganter adhibetur pro tertiâ. Ter. *cum faciem videas, putes quamvis esse pretii*, pro, cum quis faciem videat putet, &c. Huc spectant *Antiptosis* & *Synthesis*.

Cap. 7. *De Antiptosi.*

ANtiptosis est, casus pro casu positio, estque aliquando imitanda, ut cùm adhibetur Dativus pro Accus. cum præpositione *ad* vel *in*, ut *sum tibi auxilio*, id est, ad vel in auxilium, Sic, *hoc erit tibi honori, laudi, emolumento*, &c. vel cum dativus adhibetur cum ablativo cum præpositione *a* vel *ab*, ut, *cur tibi despicior*, id est, à te. Ter. *meditata sunt mihi omnia mea consilia*, id est, à me. In aliusmodi exemplis Antiptosis est observanda non imitanda, Luc. *Tutumne putavit jam bonus esse socer*, pro, jam bonum esse socerum. Catul. *Phaselus ille quem videtis hospites, ainnt fuisse navium celerrimus*.

Synthesis est constructio sensu quidem congrua, at voce incongrua, quia sensus spectatur, non vox; estque triplex. Synthesis numeri. Virg. *Pars in frustra secant*, pro *secat*. Synthesis generis, Plin. *aiunt Elephantos solere esse grauidas decem annis*, quia hic sermo est de fœminis, pro *grauidos* posuit *grauidas*. In hoc verò exẽplo Virgilii, *pars mersi tenuêre ratem*, est Synthesis & generis & numeri.

CAP. IX. *De Archaismo, Hellenismo*, &c.

QVæ præcesserunt figuræ communiores sunt, quæ sequuntur Poetarum, aut veterum sunt propriæ, neque enim tales unquam penè apud oratores aut recentiores invenias, suntque hæ.

Archaismus est loquendi ratio priscis tantum usitata, Ter. *præterquam quod tui carendum erat*, pro *te*: sic *operam abutitur*, pro *operâ*.

Hellenismus cum à latina consuetudine recedentes, Græcos imitantur Poetæ. Horat. *desine curarum*; sic, *lætari malorum*.

Syncheſis est ordo verborum perturbatus, ut quando copula non voci connexæ, sed communi verbo additur. Hor. *Namque pilâ lippis inimicum & ludere crudis*, pro *& crudis*.

Tmesis est vocis compositæ intersectio, voce una pluribusve interpositis. Virg. *Jamque adeo super unus eram*, pro *supereram*. Plures quidem sunt figuræ, at has ut præcipuas in præsentia attigisse sufficiat.

Figuræ Syntaxeos.

Caput. 1. Syllepsis.
2. Prolepsis.
3. Zeugma.
4. Eclipsis.
Emphasis.
Asyndeton.
Polysyndeton.
Aposiopesis.
5. Pleonasmus.
6. Enallage.
7. Antiptosis.
8. Synthesis.
9. Archaismus.
Hellenismus.
Synchesis.
Tmesis.

TRACT

IAM penè enarravimus quicquid vel ad juſtæ vel ad figuratæ Syntaxeos pleniorem cognitionem facere videtur; ſubjiciemus In quarto hoc Tractatu quatuor Corollaria, viz. de formulis aliquot elegantiarum, de rarioribus aliquot conſtructionibus, & nonnulla de obſervatione ejuſque fructu multiplici: tandem verò de ordine reſolutionis Grammaticæ.

Formulæ aliquot Elegantiarum, & primò Nominum.

VUlgò, nunciavit nobis res lætas, elegantiùs per Adjectivum ſubſtantivatum, *nunciavit nobis lætas*: ſic *dulcia ſatis humor*, pro *res dulcis*. *Triſte lupus ſtabulis*, pro *res triſtis*.

Vulgò, quantam habes pecuniam? nullam habet pecuniam. Quem librum habes in manibus? elegantiùs. *quantùm habes pecuniæ? Nihil habet pecuniæ. Quid libri habeas in manibus?* ubi adjectivum ſubſtantivatum in neutro genere adhibetur, & ſubſtantivum in genitivo caſu, eodem ſervato numero.

Nota præterea, pro nullum, *nihil*: pro quod, *quid*: pro aliquod, *alìquid* eleganter adhiberi: *quid hominis? aliquid monſtri alunt*, & cætera hujuſmodi ſignificant aliquid inſolens.

Vulgò, nullus Virgilio ſuavior: nulla matre tua caſtior: elegantiùs, *nihil Virgilio ſuavius*: *nihil matre tuâ caſtius*.

Vulgò, literæ tuæ fuerunt elegantes & jucundæ quas ad me miſiſti, elegantiùs, *quas ad me miſiſti literas, fuerunt elegantes & jucundæ*. Vbi 1° invertuntur clauſulæ. 2° antecedens ſubauditur in poſteriore clauſula: 3° repetita dictio expreſsè ſubjicitur ſuo relativo. 4° relativum & repetita dictio in eodē caſu adhibentur, quia ab eodem verbo reguntur.

Opinione, fide, juſtò, æquò, ſolitò, dictò, & ſimiles ablativi eleganter junguntur comparativo gradui. Cicero. *Majorem opinione hominum cepi dolorem*, id eſt, quàm opinantur homines.

Elegantiæ Pronominum.

VVlgò & latinè, *jam mei juris sum, jam tui juris es*: eleganter & sic, *jam meus sum, jam tuus es.*

Post pronomina possessiva, quintuplices genitivi eleganter adhibentur. 1° Genitivi numerorum cardinalium, ut *vestrâ duorum hoc refert*. 2° Genitivi hi multorum paucorum, cuiusque, omnium, ut *voluntatis vestræ omnium parui*: *vestrâ omnium hoc interest*. 3° Genitivi tres, *unius, solius, ipsius*, ut *tuâ unius operâ Respub. fuit liberata*: *tuâ solius refert hoc agere*. 4° Genitivi participiorum. Ovid. *& fleti & nostros vidisti flentis ocellos*: sic, *tuâ discentis interest attendere*. 5° Genitivi Gerundivorum, ut *recreandi sui causâ rus se contulit*. Notandum etiam illud Ciceronis, *libenter facio, ut tua virtus domi togata, armata foras prodeat*: sic, *vestrum omnium voluntas*, ubi pronomen est primitivæ speciei: rariùs tamen hoc occurrit.

Vulgò & latinè, cum ego ista ætate essem elegantiùs, *eum ego istuc ætatis essem.*

Elegantiæ Verborum.

VVlgò, Gaudeo quod tu bene vales elegantiùs, *Gaudeo te bene valere.* Prius *appellatum* vocant Grammatici; posterius *dictum.*

2. Vulgò & latinè, ego vocor Petrus; eleganter, *est mihi nomen Petro*, quanquam aliter & quidem variè hoc efferri possit. Ovid. *Lactea nomen habet*, sic est *mihi nomen Petro.* Dicimus etiam, *impono, indo tibi nomen Ioannes, Ioannis, i, em.*

Elegantiæ Participiorum & participialium.

VVlgò, priusquam incipias, consulere, & ubi consulueris maturè facere opus est; elegantiùs cum Sallustio, *priusquam incipias consultò, & ubi consulueris maturè factò opus est*: ubi participium neutri generis eleganter in ablativo adhibetur pro infinitivo.

Vulgò, veni causâ legendi historiam per gerundium;

dium; elegantiùs per gerundivum, *veni causâ legendæ historiæ*, Saluſt. *magis dandis quam accipiendis beneficiis amicitias parabant.*

Eleganter verbum in participium convertitur brevitatis & ornatûs gratia. Cæſar. *Productos loco eodem, quo ſuperiore die conſederant, collocat*, pro, poſtquam eos produxiſſet. Sic, *audito regem advenire*. Horat. *excepto quòd non ſimul es tu, cætera lætus*. Vbi obiter nota *cætera lætus* eleganter per eclipſin adhiberi, pro *quoad cætera*. Sic, *cætera vir bonus*. huc refer & hanc loquendi formulam. & *id genus alia:* pro *ſecundum id genus, vel ejus generis*.

Vulgò & latinè, cura ut conficiatur negotium, elegantiùs, *cura conficiatur vel conficiendum negotium:* ſic *accepi hanc epiſtolam tranſcribendam*, pro, ut tranſcribatur.

Sic etiam eleganter adhibentur participia pro verbis, Ter. *at non oportuit relictas* pro *relinqui*: Id. *Manſum tamen oportuit*.

Supina priora per omnia tempora vocis activæ conſtrui poſſunt, cum verbis ſignificantibus motum ad locum, non ſine elegantiâ, ut *perditum it rempublicam*. Sic *ibat, cum iret*, &c.

Elegantiæ Adverbiorum.

VVlgò; ad hanc diſcordiam ventum eſt; elegantiùs, *huc vel eò diſcordiæ ventum eſt*. Sic, *huccine rerum venimus*, pro, Venimuſne ad hunc ſtatum: *nuſquam gentium eum video*, pro nuſquâ eum video: *minimè gentium*, pro, non: *ubi terrarum?* pro ubi? *ubiq; gentium*, pro ubiq;

Vulgò, viliore pretio emi, majore pretio emi, elegantiùs, *viliùs, meliùs, cariùs, pejùs emi:* vel per genitivos, *pluris, majoris, minoris*. Sic, *tanti emi: quanti emiſti?* pro, tanto pretio, quanto pretio.

Refert & intereſt præter genitivum ſignificantem perſonam cujus intereſt, addunt ſibi pro nomine eleganter etiam adverbia, quibus ſignificatur menſura officii vel utilitatis, ut *minimè refert quid dicas*. Horat. *interest multùm Davuſne loquatur an herus*. Iuven. *plurimùm enim intereſt*

interierit, quibus artibus aut quibus hunc tu moribus instituas: præterea regunt etiam hos genitivos, *tanti, quanti, magni, parvi*, ut *permagni interest quo tempore hæc epistola tibi reddita sit* Interdum ita loquimur, *quid refert adsitne an absit: nihil refert quid dicat*. Vbi *quid* & *nihil* videntur adverbiascere: sic in his, *nilne pudet? nil nostri miserere: homo homini quid præstat? ecquid te pudet?* pro *neutiquam, quantùm, nummam?*

Elegantiæ præpositionum.

MVltiplex est prępositionum elegantia, quia quodvis verbũ aut adjectivum admittit præpositionem cum suo casu, at non nisi quatenus fert latinæ linguæ consuetudo. Terent. *Paulùm interesse censes, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de industriâ*. Sic *de aliquo bene mereri*. Hæc docent subinde exempla varia jam supra allata. Ex hac structuræ varietate variæ & innumeræ penè oriuntur elegantiæ, quarum copiam suggerit lectoris in classicis authoribus perlustrandis attenta observatio.

Ex tantô acervô subjiciemus pauculas, *dormit ad horas tres: omnes ad unum periere*, id est, nullo excepto: *ad amussim: ad unguem*; id est, exactissimè: *ad tempus: cœnavi apud Pompeium*, id est, domi Pompeii. Cic. *Hercules, ut est apud Xenophontem, exiit in solitudinem*, &c. *citra naturæ leges*, id est, minùs quam naturæ leges patiantur: *ede citra crudit atem: bibe citra ebrietatem: Intra triduum aderit: fœda mors ab oculis erat: per hoc tempus*.

Suas elegantias pariunt & hæ prępositiones ablativum regentes: *à bonorum causâ cõstantissimè semper stetit: est regi ab epistolis: à secretis: a rationibus: haud ab re id dixi: hoc ex dignitate ab eo factũ*, id est, pro ratione dignitatis suæ: *è renibus laborabat: paulò post è vulnere decessit: hoc illi ex sententiâ cessit*: ex *compositô*, id est, dedita opera: *ante te de hac re: de hoc beneficio ago tibi gratias: pro viribus: pro virili: pro foribus*: id est, ante: *pro rostris: pro tribunali*, id est,

id est, *in*: *alios omnes contemnit prǽ se*: sic, *commoda mihi codicem istum in biduum*: *in præsens*: *in posterum*: *in diem vivit*. Hor. *Quid quisque vitet, nunquam homini satis cautũ est in horas*. Id. *pueri mutantur in horas*: *erit hoc in rem tuam*: *animad vertere in sceleratos*: *in os aliquem laudare*, pro, coram: *in vulgus hoc probatur*, id est, vulgo: *epistolas scribit, at non in hoc ut evulgentur*: *hæc cadunt sub aspectum, sub tactum, sub idem tempus*, id est, eo ipso tempore: sic *sub lucem, sub vesperum, sub cœnam, sub somnum*, id est, statim post, *sub ea verba*: *sub eas statim recitatæ sunt tuæ*, id est, post: *eas literas*, Et aliæ hujus generis elegantiæ quàm plurimæ.

Schol.) Epistolas scribit (at non in hoc) cum finis denotatur, peculiares quędam sunt loquendi formulæ, ut *non in hoc*, pro, non in hunc finem: sic *non eo consilio affer aquam lavandis manibus*. Hor. *est in horto Phylli nectendis apium coronis*, ubi subaudies *quod inserviat*, aut tale quid.

De conjunctione Ut, *pro qua barbarè aliquando* quòd *adhibetur*.

UT particula non autem *quòd* subjici debet verbis petendi & rogandi, exempli gratia. *Orat atq; obsecrat illi ut parcas*: sic, *oro, rogo, ne quid ejusmodi facias*.

Subjicitur etiam verbis jubendi: *Illud ante omnia præcipiendum est eloquentiæ studioso, ut diligentiam adhibeat in legendis authoribus*.

Subjicitur item his verbis, *facio, efficio, fio, curo, laboro*, & his dictionibus, *tam, talis, qualis, adeò, tot, sic, ita* & similibus, quibus barbarè *quòd* subjici solet.

His verbis, *timeo, vereor, metuo* & similibus (*ut*) loco (*ne non*) eleganter aliquando adjungitur. Ter. *sed firmæ hæ vereor ut sint nuptiæ*, pro *ne non sint firmæ*. Sic pro (*ne*) aliquando (*ut ne*) Cic. *metuo ut ne pereat*: alias (*ut ne*) pro (*ut non*) Sapientes bibunt uti ne bibant, potores uti bibant, Scaliger.

Coroll

Corollarium ſecundum.

De rarioribus aliquot conſtructionibus.

QVoties antecedens de re poſſeſſa, relativum autem de poſſeſſore dicitur, convenit relativum in genere cum nomine poſſeſſoris, quia nempe ſpectatur ſenſus, non voces antecedentis clauſulæ. Ovid. *Nec mea ſcripta legas, qui ſum ſubmotus ad Iſtrum*, niſi ita conſtruas. *Nec mea Ovidii ſcripta legas*, etc. Tale eſt & illud, *nam profectò non eſt meum, qui in ſcribendo tantùm induſtriæ ponam, committere ut negligens in ſcribendo fuiſſe videar.* Terent. *Ego quoque una pereo, quod mihi eſt charius*; hic ſenſus ſpectatur. Hujuſmodi relativa, *qualis, quantus*, &c. mutuantur genus ab antecedente, cum nullum ſequitur ſubſtantivum cum quo conveniant. Cic. *Nam tanta multitudinis, quantam capit urbs, concurſus ad me factus eſt.*

Relativum, *qui*, poſitum inter duo appellativa diverſorum numerorum concordat cum poſteriore in numero. Quintil. *Protinus enim poteſt interpretatione linguæ ſecretioris (quas Græci gloſſas vocant) dum aliud agitur, ediſcere.*

Non tantùm dictionis ad dictionem eſt Appoſitio, ſed & ſenſûs ad ſenſum. Virg. *Et egreſſus ſylvis vicina coegi, ut, quamvis avido, parerent arva colono; gratum opus agricolis.* Idem. *Tres Eurus ab alto in brevia & ſyrtes egit; miſerabile viſu.*

Nota & hanc Syntaxin quæ rariùs occurrit, contra Appoſitionis leges. Virg. *hic tamen ille urbem Patavi, ſedeſque locavit Teucrorum*, id eſt, *Patavium*: ut alibi, *urbs Troja*, pro *Troja*, & *arx Buthroti* pro *Buthrotum*. Ita & Cic. *urbem Lampſaci, oppidum Antiochiæ.*

Comparativus gradus pro ablativo nonnunquam alium admittit caſum cum adverbio comparandi, *quàm*. Cic. 1. Offic. *Timotheus Cononis filius eum belli laude non inferior fuiſſet quàm pater, ad eam laudem doctrina & ingenii gloriam adjecit.*

Vt verba

Ne verba activa [illegible] quando accusativum in [illegible] dent; sic, *vivam Bacchanalia*; *vox mea [illegible] adsistentem*: *olet lucernam*; *bircum olet [illegible]*; in primis duobus exemplis verbum [illegible] sui actûs: reliqua exemplia sunt verborum, ad sensus pertinentium.

Cum participio *ens* vel *erstens*, expresso vel subintellecto præponitur vocativus, tum vocativus non est [illegible] jiciendus, sed nominativus. Virg. *Nate mea vera [illegible] magna potentia salve*. *Natæ patres summi*.

Gerundia in *di* pro casu sui verbi aliquando reg[illegible] genit. pluralem. Terent. *Nec rerum cui spectandi [illegible] facerent*. Cic. *Gestus consolandi causa*.

Aliquando gerundum in *do* construitur cum Dativo [illegible] rum ipsum dativi casus est. Liv. *si respublica [illegible] alieno non esset*.

Terent. *Patrem nosti adhuc res quam sit perspicax*. Pro nosti quàm pater ad has res sit perspicax: sic, *metuo [illegible] ne domi frater sit*, pro metuo ne domi frater sit; ubi nominativus à fronte verbi è suo loco in alienum transfertur.

Terentius, *Quem neque pudet, neque metuit quenquam, nec legem putat tenere se ullam*. In hac & similibus loquendi formulis videre licet anomaliam Syntaxeos, analogicè enim ita loquendum fuisset, quem non pudet quique nec metuit quenquam, nec legem putat tenere se ullam.

In aliquando accus. regit, etiam cum jungitur verbo quietis. Terent. *esse in gratiam*, Cic. *esse in amicitiam populi Romani*. Videsis finem 1. Tractat.

Participia olim utrique inserviebant numero: hinc illa; *absente nobis*, *præsente legato*, quæ omnia & similia notada magis quàm imitanda sunt. Hæc enim generalis regula est, *Quæcunque magis usitata*, *ea magis etiam sequenda sunt*; & contra, *quæ minus usitata* (ut [illegible] abundantia

ægre, lex & plusquam verbum hæc & hujusmodi omnia *prudens leget, aut sane quam parcissime adhibebit.*

Corollarium tertium.

De observatione, ejusq; fructu multiplici.

QVia latinæ linguæ facultas ex optimis quibusque authoribus melius quàm ex variis Grammaticorum regulis comparanda est, propter multiplicem exceptionum varietatem, quibus regulæ impeditæ sunt; ideò post Syntaxeos canones per autores classicos indies puero pergendum est, ibique observanda quæ ad emendatæ orationis structuram potissimùm fuerant. Quò refer verborum delectum, ut *fatere verba*, non *barbara*. Et contra, *habere orationem*, non *facere*. Huc spectat & ordo verborum, ut *doctissimus quisque*, non *quisque doctissimus*. Quin & varia sunt constructionum exempla, quæ quodammodo sui sunt juris, adeo ut ad generales regulas cómodè reduci non possint, ut *stare alicujus judicio, stare vel manere promissis. adstabant se magistratui. bene de aliquo mereri: terrâ Italiæ vagari: terrâ marique jactatus fuit: dextra lævaque obsidatur: huic licet esse probum* contra vulgatum Reg. *Esse pares optat casus: est puer ille lanios vagus: area lata pedum decies, longa pedum quingentum*, apud Columellam, aliæque ejusmodi loquendi formulæ plurimæ, quas citra errorem imitari liceat. Atque hæc omnia eò spectant, ut, sive de vocibus, sive de debita vocum structurâ agendum sit, plus observationi, quam Grammaticorum præceptis tribuamus, modo observationem comitetur imitatio. Itaque, illud Quintiliani subinde recolendum, *Grammaticæ amor & usus lectionis, non scholarum temporibus, sed vitæ spatio terminantur.*

Corollarium quartum.

De ordine Grammaticæ resolutionis.

1. ADverbia optandi, vocandi, demonstrandi, item inter-

interjectiones, si quæ occurrant, initium resolutionis obtineant.

2. Huic succedat vocativus, aut si quis sit alius casus inde rectus.

3. Tertium locum vendicet sibi nominativus à fronte verbi personalis finiti modi.

4. Quartum verò, ipsum personale verbum.

5. Hinc succedat casus quem verbum à tergo regit. *Hæc enim generalis est regula*, Dictio regens in resolutione Grammaticâ præcedere debet dictionem rectam à tergo.

6. Declarans declarato postponatur, ut adjectivus substantivo, adverbium verbo, infinitivus finito, item infinitivus, gerundium & supinum postponuntur adjectivo. Sic per hanc regulam præpositio cum suo casu postponitur verbo, quas ipsa cum casu declarat significationem verbi.

EXEMPLUM.

Virg. *O Melibœe Deus nobis hæc otia fecit.*

Sic verba hęc ordinabis, (*O*) per regulâ primâ, (*Melibœe*) per regulam secundam, (*Deus*) per regulâ tertiam, (*nobis*) per regulam quartam, (*otia*) per regulâm quintam, (*hæc*) per regulam sextam, (*fecit*) per regulam quintam.

7. Sex his regulis, septimam hanc adde. In declaratione orationis diligenter videndum est, an aliquid subaudiatur; illud enim suppleri debet, ut *illius aram sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus*, sic dispone, *Agnus tener imbuet sæpe aram illius* scilicet *Dei ab ovilibus nostris*, hinc tamen dantur.

EXCEPTIONES.

1. CVm verbum impersonale initio orationis occurrit, tum duę regulæ, viz. tertia & quarta locum non habent, ut *pœnitet me peccati.*

2. Voces interrogativæ & relativæ præponuntur dictioni suæ regenti, contra regulam quintam, ut *quem videsi adest ille, quem quærebas.*

Indeclinabiles fiunt particulæ interrogativæ, relativæ, ut & earum vim habentes (quales sunt *ubi, quis, unde*, &c.) item negativæ. Præponi eorum debent, contra regulam sextam, ut *num venit? Præsertim cum, nihil ne venit? Domi est? Nihil habet numerabis amicos: Ne feceris*, Indeclinabiles hæ particulæ declarant verbum finitum, itaque juxta regulam sextam postponendæ essent, at contra, per exceptionem hanc præponuntur.

Quæ particulæ dicuntur vim relativi habere, quæ & relativi duas exigunt clausulas, adeoque duo verba.

Præponendum est generale suo speciali, ut *fidelium animæ vivunt, unus homo*. Contra regulam quintam.

Relativum necessario postponitur antecedenti, idem subinde aliquando præponitur nomini, aut verbo, contra regulam quintam, ut *Ciceronis exulges suus fuit. Patrem sequitur sua proles.*

Iam fuerunt regulæ Grammaticæ declarationis, quarum maximus est usus in vernaculâ earum horum interpretatione, & analysi Grammaticâ.

ADMONITIO.

In Grammatica hac Institutionibus puerorum non tam ingenio modo, sed & memoriæ deservimus. Illum spectavimus, tam Orthographiam & Prosodiam (doctrinæ nempe ordinem pro constituti rationæ & hic & alibi sequuti) in ultimum locum rejecimus. Ut memoriæ succurratur, primo Syntaxeos Tractatui versus, sicubi opus esset, adjecimus: ut non in Etymologia tantum, sed et in Syntaxi, quotidie pensum memoriale habeant rudiores, quibus unicè hic consulimus volumus.

DE ORTHOGRAPHIA.

DVÆ præcipuæ Grammaticæ partes hactenus fuerunt: Orthographia & Prosodia. Hæc cedunt.

Orthographia pars est Grammaticæ quæ de rectâ scribendi ratione præcepta tradit. Ac proinde versatur circa literas, quæ vel majusculæ sunt, vel minusculæ. Majusculæ ita scribuntur, A, B, C, &c. Minusculæ vero sic, a, b, c, &c.

Majuscularum usus cernitur in principio carminis, in initiis periodorum aut propriorum nominum: in titulis & inscriptionibus librorum: in principio vocis alicujus emphaticè & significanter positæ. alibi minusculæ literæ adhibendæ sunt.

Literæ dividuntur in Vocales et Consonantes.

Vocales sunt quinque, a, e, i, o, u, et y Græca.

Ex vocalibus oriuntur diphthongi quinque, æ, œ, au, eu, ei.

Consonantes sunt sedecim; quarum aliæ sunt Mutæ, aliæ Semivocales. Mutæ sunt hæ, b, c, d, f, g, k, p, q, t.

Semivocales sunt, l, m, n, r, s, x, z.

Literarum hæ differentiæ sumptæ sunt a sono; vocales enim dictæ quod vocem: id est, sonum edant per se et sine adminiculo alterius literæ. Hunc sonum geminant diphthongi, ideoque diphthongi dicuntur, id est, (ut ita loquamur) bisonæ.

Consonantes autem sonum non edunt sine vocali, ac

quia cum vocali tantum sonant, consonantes

Quæ tamen quædam etiam sublatâ vocali reliquum aliquem habent aliquem sonum, qui licet vocalem non æquet perfectè, ex parte tamen & imperfectè: ideo semivocales dicuntur, ut in (m) etiam sublatâ vocali (e) reliquus est tinnitus: at verò mutæ sublatâ vocali prorsus obmutescunt, ideo nullum aut sanè perobscurum edunt sonum.

H consonans est, sic H, nisi mavis hanc non literam esse, sed adspirationis notam.

Reliquæ semivocales dividuntur in liquidas & duplices.

Liquidæ sunt quatuor l, m, n, r, duplices duæ; x, z.

Liquidæ liquescunt cum vim suam remittunt, ut (pater) hic (r) in fine majoris est roboris, at genitivo (patris) hic minoris.

M & N raro liquescunt: idque in Græcis tantum dictionibus, ut Tecmessa, Cygnus.

Duplices duæ x & z valent duabus consonantibus, x valet cs, ut Dux ducis; vel gs, ut Rex regis. Z veteres reddebant per geminum (ss) ut Massa, Petrisso, pro Maza, &c.

I & V consonantes fiunt cum sibi vel aliis vocalibus in eâdem syllabâ præponuntur, ut janua, jecur, conjicio, jocus, Iuno: sic vates, velox, vita, vox, vultus.

I inter duas vocales posita duplicis consonantis naturam induit, ut, major, pejor, ac proinde veteres hic (j) geminabant, ut, maijor, peijor.

Iota Græcorum nunquam est consonans, quare in Iasonibus, & cæteris quæ sunt planè Græca, vocalis est prima litera.

Iod apud Hæbræos semper est consonans cum vocalibus præponitur, ut Iesus, Iacobus, &c. itaque qui hæc atque alia id genus nomina per (j) consonantem efferunt,

efferant; optimè quidem illi pronunciant: qui vero vocalem, Græcos imitantur.

I & V cum vocales sunt characterè differunt à consonantibus. Sic enim scribendæ vocales (i) (u): sic vero consonantes (j) (v) quas quidam distinctionis gratiâ jod & vau appellant.

V post (q) semper liquescit, ut, quare, quia, &c. at post (g) & (s) modo liquescit, ut, extinguo, suadeo; modo integra est suamque vim retinet, ut, exiguus, suus.

Quoties duæ consonantes reperiuntur simul in initio dictionis. ut, trado, hæ in medio dictionis trahendæ sunt ad vocalem sequentem, ut (a, tri); sic sto, ideò (no, ster.)

Hæc regula semper tenet, nisi impediat compositio, ut in voce (transpono) Sic enim hic distinguendæ sunt syllabæ (trans. pono) Quanquam s & p in initio simul occurrant, ut sperno: ratio est, quia (trans) præpositio, ut extra compositionem, ita in compositione literas suas habet conjunctas, non disjunctas.

In voce derivatâ si de Orthographiâ dubites, redi ad vocem primitivam & expende quomodò inde derivetur: deinde vide, quas literas habeat vox primitiva, easdem enim plerumq; retinet vox derivativa, ut oro, oratu per (t) ergo & oratio per (t) non per (c) aut (s) sic lego, lectu, lectio.

Idem etiam notandum in vocibus compositis. Quas enim literas habent voces extra compositionem, easdem plerumque retinent in compositione, ut, præpono habet (æ) diphthongum in primâ syllabâ, quia præpositio (præ) extra compositionem ita scribitur. Huc spectant.

Notæ & usus interpunctionum.

NOtantur ita: Punctus (.) colon (:) semicolon (;) comma (,) punctus interrogationis (?) punctus admirationis (!) parenthesis ()

licet. Vel plene absoluta fuerit periodus, est claudenda puncto, ut noscere tempus.

Cum periodi membrum jam plenum est, ipsa tamen periodus nondum plena, tum colon locum habet. Macrob. Vivamus moribus præteritis: præsentibus verbis loquamur. Sic in comparationibus, Cic. 2. Tusc. Vt agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur: sic animi non omnes culti fructum ferunt.

Semicolon dubia veluti morâ suspensum est, habetque locum in oppositis & iis omnibus quæ cõmatis & coli media sunt. Salust. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore, aliud promptum in linguâ habere: amicitias inimicitiasque non ex re; sed ex commodo æstimare: magisque vultum, quam ingenium bonum habere.

Commate seu virgulâ utimur cum imperfectiores periodi partes ad unum nomen aut verbum relatas, à se invicem discernimus. Ter. Domus, uxor, liberi inventi, invito patre. Idem. Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit; quin res, usus, ætas, semper aliquid apportet novi, aliquid admoneat: ut, illa, quę te scire credas, nescias, & quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Cic. Est enim hæc, Iudices, non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti: non instituti, sed imbuti sumus: ut, si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, si in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis.

Puncto interrogationis utimur ad affectum interrogantis & vehementiam sermonis exprimendam. Hor.

Quò mihi divitias, si non conceditur uti?

Signo admirationis utimur in formulis admirandi, exclamandi & similibus. Virg.

O mihi præteritos referat si Iupiter annos!

Parenthesin distinctio duobus lunulis clausulam alteri sententiæ inclusam signans, ita ut licet tollatur illa clausula, salva tamen maneat reliqua sententia. Ovid.

Munera (crede mihi) placant hominesq; deosq;.

Distinctionum harū fructus duplex, 1. ut perspicuam reddant orationē. 2. ut inter legendū seu pronunciandum copiam dent respirandi, ne spiritus continuatione deficiat: verum quicquid hic præcipiendum occurrit, usu potiùs et ætate percipitur, quàm præceptis. Quin et alia in distinguendis periodis aliorum sunt judicia.

DE PROSODIA.

PROSODIA est pars Grammaticæ, quæ accentūs, et quantitatem syllabarum docet. Quò verò ea, quæ deinceps occurrunt, magis in aperto sint, facilioris cognitionis methodum nobis proponimus, ut patet è Tabula sequente.

CAPUT *Series Capitum hujus Tractatūs.*

1. De Accentu.
2. De Pedibus, mine.
3. De Hexametro car-
4. De Figuris Prosodicis.
5. De Licentia Poetica.
6. Quātitatis Reg. generales.
7. Reg. speciales.
8. De aliis quibusdā carminum generibus.

CAP. 1. *De Accentu.*

ACcentus, quem in latinis dictionibus spectamus, unicus fere est, acutus. Cernitur q; nonnisi in polysyllabis vocibus. In dysyllabis penultima attollitur, ut *Lego*: in hyperdysyllabis penultima, si longa sit, attollitur, ut *Romanus*: Sin brevis, antepenultima attollitur, ut *Perlego*.

CAP. 2. *De Pedibus.*

RAtione quantitatis syllaba vel brevis est, cum uno tempore: vel longa cum duobus temporibus: vel anceps seu cōmunis, quæ modo longa, modo brevis. Cognoscitur autē quātitas aut regula aut auctoritate: au

Horatium cognoscitur quatenus ex Iambis, id est, dipodiis constet carminum, pes suus pedes, qui sunt certæ quantitatis, sunt q; dysyllabi, trisyllabi aut tetrasyllabi.

Dysyllabi quatuor.

Pyrrichius è duabus brevibus, ut *Deus*.
Spondeus è duabus longis, ut *formæus*.
Iambus è brevi & longa, ut *legens*.
Trocheus è longa & brevi, ut *error*.

Trisyllabi vulgatiores quatuor.

Tribrachus è tribus brevibus, ut *legere*.
Molossus è tribus longis, ut *ferierunt*.
Dactylus è longa & duabus brevibus, ut *omnibus*.
Anapestus è duabus brevibus & longa, ut *homines*.

Ex tetrasyllabis duo sunt usitatiores.

Proceleusmaticus è quatuor brevibus, ut *ariete*.
Choriambus ex trocheo (qui alias choræus dicitur) & iambo, ut *percuteret*.

Cæteri pedes ab Oratoribus aut Poetis comicis sæpius spectantur, quam ab aliis, apud quos occurrunt ea carminum genera de quibus deinceps est dicendum, quorum usitatissimum & notissimum est, quod à numero pedum hexametrũ, ab argumẽto Heroicum dicitur.

Cap. 3: *De carmine Hexametro.*

HExametrum carmen constat sex regionibus, quarum quatuor priores vel spondæus vel dactylus occupat: quintam solus dactylus: sextam solus spondæus, ut *Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi*.

Hoc carmen sic metire, *Tityre* dactylus, *tu patu* dactylus, *le recu* dactylus, *bans sub* spondæus, *tegmine* dactylus, *fagi* spondæus.

Cap. 4. *De Figuris Prosodicis.*

FIguræ Prosodicæ sex nobis hic considerandæ sunt, *Eclipsis, Synalœpha, Synæresis, Diæresis, Systole, Diastole.*

Eclipsis

Eclipsis est quando (m) in fine dictionis eliditur cum vocali præcedente, ob vocalem in initio sequentis dictionis, in eodem carmine. Ovid.

Vtendum est ætate tuâ pede labitur ætas.

Sic (s) apud veteres elidebatur, Lucret. lib. 1.

Fluctus adeo largos hausti de fontibus magnos.

Synalœpha est cum vocalis vel diphthongus eliditur in fine dictionis, ante vocalem in initio sequentis, in eodem carmine. Virg.

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Idem. *Humidâ solstitia atq; hyemes orate serenas*

Agricolæ ——— ———

O, heu, ah, proh, vah, hei, & *io* similesque interjectiones non eliduntur. Virg.

O pater, o hominum, divûmq; æterna potestas!

Obs. 1. In fine dictionis diximus, quia in mediâ dictione nec Eclipsis nec Synalœpha locum habet, ut *cortumago, anteeo.*

Obs. 2. Vtraque etiam figura requirit, ut duæ dictiones, de quibus diximus, sint in eodem carmine, nisi versus sit Hypermeter, id est, nisi syllaba sit redundans ultra justam carminis mensuram. Virg.

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Et foliis undam tepidi despumat aheni.

Idem. *Omnia Mercurio similis vocemque coloremque*
Et crines flavos, ——— ———

Synæresis fit cum duæ vocales in unam contrahuntur in eâdem dictione, ut *alvearia* cum sit quatuor syllabarum. Virg. Georg. 4.

Seu lento fuerint alvearia vimine texta.

Sic cum *eodem* fit dissyllabum. Cato.

Non eodem cursu respondent ultima primis.

Sed non semper imitandi hic Poetæ. In his tamen vocibus tutò eos imitari possumus, *anteambulo, anteeo, antehac, cui, dii, diis, dein, deest, deinde, deeram, deesse,*

deinceps

Cui pendere sua patrem de arbore poma.

Idem. *Huic conjux Sichæus erat.*

Diæresis est unius syllabæ dissolutio in duas. Tibul.

Stamina non ullis dissolvenda Deo.

Systole est correptio syllabæ longæ. Virg. Eclog. 4.

Matris longa decem tulerunt fastidia menses.

Vbi tulerunt penult. brevi pro penult. longa.

Diastole sive *Ectasis* est productio syllabæ naturâ brevis, ut *Italiam fato profugus*: ubi (i) in *Italiam* producitur, cum sua natura sit brevis. Vtraque autem hæc figura licentiam habet Poeticam.

Cap. 5. *De licentiâ Poeticâ.*

LIcentia Poetica mutat vel quantitatem syllabarum vel pedes, prout patet ex sequentib. observationib.

1. Omnis syllaba in fine carminis anceps est, ut,

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arva.

Vltima syllaba hujus carminis quanquam sua natura sit brevis, hic tamen producitur: estque hic in sexta regione non *Trochæus*, sed *Spondeus*.

2. Cum *Synalœpha* negligitur vocalis longa fit anceps ad imitationem græcorum. Virg. *Victor apud rapidum Symoenta sub Ilio alto.* Idem. *Lamentis gemitibusque & fœmineo ululatu.*

In priore exemplo vocalis longa non elisa corripitur. In posteriore producitur.

3. In omni Cœsura, id est, in omni syllaba finali quæ sequentem pedem inchoat, syllaba brevis pro longa ponitur. Virg.

Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Idem. *Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.*

Idem. *Dona dehinc auro gravia, sectoque Elephanto.*

Idem. *Ille latus niveum molli fulvus hyacintho.*

Secunda Cœsura Penthemimeris dicitur, ejusque præsentia carminis venustatem auget, absentia minuit, ut

Vibem

Urbem fortem super cepit fortior hostis.

4. Invenitur interdum in quinta regione carminis Hexametri spondæus ad rei gravitatem exprimendam, Virg. *Chaos Deum soboles, magnum Jovis incrementum.*

5. Occurrunt & anapedes nothi, sed notandi, non imitandi. Virg.

Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnes. Id.

Ædificant sectæque intexunt abiete costas.

Classici Poetæ plura sibi permittunt, verum observatione, non imitatione, ut plurimum, hæc excipienda.

CAP. 6. *Quantitatis regulæ generales.*

Reg. VOcalis ante vocalem in latinis dictionibus brevis est, ut *Deus.*

Excep. 1. *Fio* cum non habet (r) primam habet longam. Ovid. *Die mihi, si fias tu leo, qualis eris.*

Aliquando brevem. Ovid. *Pars fieri potuisse negat.*

2. Genitivus in *ius* penultimam (in prosa semper longam) habet communem. Virg.

Veneris ob iram (& furiæ Æjacis Oilei.

Id. *Navibus (infandum) amissis, unius ob iram.*

Id. *Illius immensa ruperunt horrea messes.*

Ovid. *Cum subit illius tristissima noctis imago.*

Alterius tamen penultimam semper corripit, *alius* in genitivo semper producit.

Item genitivi & dativi quintæ declinationis penultimam producunt. Hor.

Ventum erat ad Vestæ, quintâ jam parte diei.

Excipe *fides, spes, res,* pemlt brevi.

4. Diphthongus (æ) resoluta in (aï) penultimam producit. Virg.

Dives opum, dives pictaï vestis & auri.

5. (I) consonans in vocalem resoluta præcedentem vocalem producit. Mart. *Pervigil in plumâ Cæsar ecce jacet.*

6. *Diana* primam variat.

7. *Eheu* primam producit, *ohe* variat.

Virg. *Eheu, quid volui misero mihi* ——

Hor.

Hor. ——— *Graiorum sententia vera*
Quid prohibet? Graia feriet sententia rima.

Græcarum dictionum quantitas adeò hic varia est, ut certis regulis comprehendi non possit. Earum enim aliæ vocalem ante vocalem producunt, ut *deï, Dius, ea, um; Cytherea* vel *Cythereia; Elegia* vel *Elegeia*: aliæ corripiunt, ut *Orthographia; Etymologia; Philosophia*: aliæ variant, ut *thorax, plateæ*.

Reg. 2. Diphthongus omnis longa est, ut *Maius, Cælum*.

Excipe (præ) in compositione, ante vocalem enim brevis est, ut *præbendo*. Virg.

Stipitibus duris agitur subdunque præustis.

Reg. 3. Vocalis naturâ brevis producitur positione duarum consonantium, quæ triplex est. 1° cum vocalem brevem sequuntur duæ consonantes in eadem dictione, ut *pars, resto, tantus*. 2° cum eam sequitur duplex (x) (z) aut (j) ut *Rex, Gaza, ejus, ajo*. 3° Cum eam sequuntur duæ consonantes, altera in fine suæ dictionis, altera initio sequentis. Virg.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Exc. 1. Composita à jugum (i) ante (u) corripiunt. Virg. *Martis equi bijuges,* ———

Exc. 2. (z) Vocalem antecedentem non semper producit. Virg. 3. Æneid.

In medio apparet fluctu nemorosa Zazynthos.

Exc. 3. Vocalis natura brevis sequente muta & liquida (l) aut (r) in sequente syllaba ejusdem dictionis anceps est in carmine: at in prosa semper corripitur, ut *Volucris, Atlas*. Ovid.

Et primo volucri similis, mox vera volucris.

In Græcis dictionibus (m) & (n) eandem vim obtinent, hinc *Cygnus* primam variat.

Obs. 1. Apud Virgilium vocalis in fine dictionis nunquam corripitur ante duas consonantes in initio dictio-

dictionis sequentis, nisi forte prima sit muta, secunda vero liquida.

Obs. 2. Composita à jacio rejiciunt aliquando (j) consonantem ut præcedens vocalis corripiatur, ut pro *tejicio, reicio*; pro *adjicio, adicio*: quamdiu autem in dictis manet (j) semper antecedens vocalis producitur, etiam cum redit in vocalem, ut in his *Caïus Caï*.

Reg. 4. Derivata sequuntur quantitatem originis, *lego, legam, lege, legerem, legens* primâ brevi, at *legi, legerim, legissem, legero, legisse*, primâ longâ.

Excipiuntur hinc multa usu discenda, ut *staturus* primâ longâ, à *statum* primâ brevi: *sopor* prima brevi, à *sopio* prima longa.

Reg. 5. Composita servant quantitatem simplicium, ut *lego*, prima brevis, *perlego* penultima brevis: sic mutata diphthongo aut vocali, *cædo, occido: lædo, illido: manes, immanis*.

Exc. Hæc in secunda compositionis parte primam syllabam corripiunt, quam tamen simplex producit.

1. Adjectiva in *dicus* desinentia, ex *dico* composita, ut *maledicus*, &c. *invenbus* & *pronubus* ex *nubo*: at *connubium* secundum variat. 3. *nubilum* ex *nebulum*. 4. *semesapius* ex *sapio*. 5. *pejero* & *dejero* ex *juro*. 6. *agnitum* & *cognitum*, ex *notum*. At contra *ambitus* participium penultimam producit; *Cremtius* antepenultimam, ab (itum) prima brevi, quam quantitatem imitatur *ambitus* nomen.

De præpositionibus.

Reg. 6. Primò, *pro* præpositionem Græci in compositione corripiunt ut *propheta*, at in *propino*, prima est anceps. Latini vero *pro* producunt, ut *profero*.

Exc. 1. Hæc vero latina corripiunt *pro*.

Corripiat, pronepos profugat, profugit, proficiscor,
Et procus pote significans, cui junge procello,
Atque profana, professa, profunda, profesta, profari.

Excep. 2.

Exc. 2. *Procero, profundo* primam variant: sic & *prægnans* verbum à *gnascor*, cum est nomen, producit. Cum enim progeniem significat, primam corripit; cum verò depressum vitem eandem producit.

Secundò, *Di* & *se* præpositiones inseparabiles producunt. Virg.

Dadum ego fugibile Troiana per agmina rumor.

Ovid. *Separat Aonios Mavia Pirene sub arvis.*

Exc. *Dirutus* & *disertus* primum corripiunt.

Tertiò *Re* corripitur, ut *redeo, refero*, pro iterum: cæterum pro amittere componitur exablativo (re) primamque producit.

Reg. 7. Dictiones compositæ terminantes priorem partem compositionis in (a) vel (o) in casu nominativo, perq; reliquos deinceps casus, vocalem eam corripiunt, ut *causidicus, Samothracius*. Huc ergo non spectant *quivis, quilibet*, quia mutato casu prior compositionis pars non desinit in (i).

Exc. 1. Composita à *dies* (i) producunt, ut *pridiè, meridiè, hidiè, trenduum*, nisi quòd *quotidie & quotidianus* secundam variant.

Exc. 2. *Ibidem, tubicen, undique, biga, quadriga*, priorem itidem producunt, ut &, *Trimatria, vilicus, scultetus*, sic *idem masculinum*, at *idem neutrum* primam corripit.

3. *Lagopus, geolophus, Geometra* & alia græca per omega producunt (o).

4. *Matricida* Ausonius licenter producit: *Theophila* Martialis.

Reg. 8. Præterita dyssyllaba primam producunt, ut *video, vidi: sedeo, sedi*. Excipe hæc præterita dissyllaba, *bibi, scidi, fidi, tuli, dedi, steti*, penultimam enim corripiunt.

Reg. 9. Supina dyssyllaba priorem habent longam. Hor.

Lusum it Mecœnas: dormitum ego Virgiliusque.

Exc. *Datum, statum, satum, ratum, itum, quitum, litum, citum* à *cieo, ratum* à *diruo, ergo*, &c. penultimam enim corripiunt.

Reg. 10

Reg. 10. Præterita principium geminantia primam præteriti ſyllabam corripiunt. Quòd ad alteram ſyllabam attinet, ſequitur naturam primitivi unde derivatur, ut *cado, cecidi*: *cædo, cecidi*: *pedo, pepedi*.

Reg. 11. Supina formata à præterito mutando (vi) præteriti in (tum) producunt vocalem ante (tum) ut *expeditum, petitum*.

Reg. 12. Syllabæ quantitas cognoſcitur non rarò *additione* vel *diminutione*: *additione*, ut ſi cognoſcere velis quanta ſit (*le*) in *lego*, tranſi ad compoſitum *perlego*: cumque uſus ipſe doceat penultimam hic corripi, ergo & *le* in *lego* corripitur. *Diminutione*, ut ſi cognoſcere velis, quanta ſit *ge* in *legeremus* redi ad primam perſonam *legerem*, & ſic antepenultimam redigendo ad penultimam diſces *ge* in *legeremus*, eſſe ſyllabam brevem. Cum augemus vocem, diſſyllabam mutamus in triſſyllabam, ut *ludo, colludo*: cum minuimus vocem hypertriſſyllabam mutamus in triſſyllabam, ut *hominibus, homine*.

CAP. 7. *Regulæ ſpeciales, de ultimis ſyllabis.*

DOctrina de incremento nominum & verborum, uſu & auctorum lectione, ac in primis præceptoris rectè præeuntis exemplo facile addiſcitur: ſi quis tamen & eam requirat, ſub calcem harum inſtitutionum propoſitâ eam habet: reſtat ergo ut de ultimis ſyllabis dicamus. Primarum enim & mediarum ſyllabarum quãtitas, meliùs authoritate, quàm præceptis percipitur.

A

A, in nominibus, pronominibus & participiis corripitur, quoties eſt finalis, ut *diadema, noſtra, dicta*.

Hæc tamen [a] producunt in fine 1° ablat. ſing. primæ declinationis, ut *ab hâc literâ*, ideo *literarum* genitivus pluralis inde formatus penult. producit.

2° Vocativus in [a] a nominativo in [as] ut *Æneas, O Æneâ*: *Atlas, O Atla*.

3° [*Mna*] quia eſt ſyllaba contracta; omnis enim contractio ſyllabam producit, ut *nil*, pro *nihil*: *queis*, pro *quibus*:

quibus: *ni*, pro *nisi*: *dì*, pro *dii*.

4° *Triginta*, *quadraginta* & similia [a] in fine variant: meliùs tamen producunt.

Verba, adverbia & prępositiones [a] in fine producunt, ut *campara*, *intra*, *extra*.

Hęc verò corripiunt [a] *ita*, *quia* & *putà* adverbium explanandi, sic *ultra*, *contra*, & *posteà*, sed per poeticam licentiam: tu tantùm producito. Versus.

A declinatum brevia: sed protrahe sextum,
Et quintum cujus rectus producitur & mna,
A (ginta) variat, melius tamen id loco longũ.
Non declinatum produc, ita cum quia demptis,
His putà, cum verbis nõ annumerabitur, adde.
Posteà & ultra leges cum cõtra curta licenter.

E.

E, in fine corripitur, ut *Catone*, *docere*.

Hęc tamen [e] in fine producunt, 1° nomina primæ declinationis in [e] ut *Circe*.

2° Ablat. sing. quintæ declin. ut *re*, *die*: sic & composita, *quotidiè*, *quarè*, *pridiè*, *hodiè*, &c.

3° Vocat. in (e) a nominativo in (es) ut *Anchises*, *Anchise*: *Chremes*, *O Chreme*.

4° Plurale in (e) ut *cæte*, *mele*, *tempe*, est enim hìc contractio in fine apud Græcos: sic (e) in *fame* quia olim *fames* quintæ declin. erat.

5° Verba secundæ conjug. (e) in præs. imperat. producunt, ut *docè*. Quædam tamen hìc corripiuntur, quia olim per tertiam conjug. inflectebantur, ut *cave*, ab antiquo, *cavo*: sic *vido*, *fulgo*, olim, &c. Hinc *Valedico* secundam variat.

6° Omnia monosyllaba producuntur, ut *de*, *me*: hinc excipiuntur conjunctiones. *que*, *ve*, *ne*.

7° Omnia adverbia a nominibus derivata, ut *piè*, *strenuè*. Excipiuntur, *male*, *bene* & *mage*, pro *magis*; ultimam enim corripiunt.

8° Adverbia ſuperlativi gradus undecunque deriventur, ut *maximè, ſapiſſimè.*

9° *Ferme, fere, ohe.* Verſus.

E brevia: primæ produc, & nomina quintæ,
Cum natis, addes pluralia cuncta ſecundæ:
Iunge doce, & ſocias, monoſyllaba lõga repono,
Inclinativas præter: male cum bene dempto,
Omnia produces adverbia, ſi qua ſecunda
Præſtiterit; ſummiq́ gradûs adverbia quævis.
Sunt ferme atq́ fere producta, quib° dabis ohe.

I.

I producitur, ut *Domini, audi.*

Exc. 1. Vocativus tertiæ, corripitur, ut *Pari, Phylli.*

2. Dativus tertiæ in creſcentibus variatur, ut *Palladi, Thetidi.*

3. Variantur, *mihi, ibi, tibi, ſibi, cui, uti, ubi, niſi, ſi, quaſi* & ab iis compoſita.

I longum pono: vocitantem contraho ternæ,
Sæpeq́ Græcorum ternum, Minoidi teſtis.
Sed niſi, ſive quaſi, mihi, ibi, ſibi, ubi variabis,
Et tibi, junge cui tantum breve moly locatur.

O.

O variatur, ut *Cato*, hæc tamen (o) producunt.

Primo, monoſyllaba, ut *do, ſto*: at (o) adverbium aliquando corripitur, ut *Te Corydon, O Alexi.*

Secundò, [o] in dat. & ablat. ſecundæ declinationis, ut *Domino.* Sic *amando*, à gerundivo *amandus*: at [*do*] gerundii eſt anceps. Tibul.

Auſer & ipſe meum pariter medicando dolorem.

Tertiò, quælibet adverbia à nominibus nata, ut *tantò, quantò, ideò.* Hinc tamen excipiuntur quædam, 1° va-

riantia, *sedulò, mutuò, crebrò, serò, profectò.* 2° *modò* pro *tantùm* corripitur. *Ergo*, pro *causa* tantùm producitur, alioqui variatur.

Quartò, *Dido* & similia Græca tertiæ declinationis.

Quintò, *Androgeo*, & similes genitivi Græci secundæ.

O commune datur: produc monosyllaba, jungens
Cum terno sextum, at ģ adverbia nomine nata.
At variabo citò cum sedulò, mutuò, crebrò,
Serò ģ: sit curtum modò solùm: sed breviari
Ergo pro causâ non vult. Produco quaterno
In casu nomen, sit cujus in ûs genitivus.
O patrii produc, variâģ gerundia verba.

U

V producitur, ut *cornu, gelu.*

B, D, T.

B, D, T, Corripiuntur, ut *ab, ad, at*: ideo *aperio* primam corripit, nam ex (ad) compositum videtur. Versus.

U produc: contra B, D, T, *contrahe semper.*

C.

C, Producitur, ut *dic, duc:* at corripiuntur *nec, donec:* variantur *hic* pronomen, & *fac* verbum. Vers.

C Produc, præter nec, donec: sed variabis
Hic bene pronomen, fac verbum jungimus isti.

L.

L, Corripitur, ut *nihil*: producuntur *sol, sal, nil,* & Hebræa, ut *Rachel.*

L breve sit: cum sol, sal, nil tolluntur hebræa.

N.

N, Producitur, ut *Pæan.*

Corripiuntur, 1° *an, in,* cum compositis *dein, exin.*

2. Tamen

2° *Tamen, attamen, forsan, forsitan.*

3° Quæcunque per Apocopen habent (n) ut *scin'*, pro *scisne*: *egon'*, pro *egone*.

4° En, inis, ut *pecten, pectinis*: *crimen, criminis*.

5° *Pelon*, & reliqua secundæ declinationis in (on) desinentia.

6° Accus. cujus nominativi ultima corripitur, ut *Medean, Menelaon, Parin*, at *Æneas, an*. ultimâ longâ, quia ultima nominativi producitur, sic *Andreas, an*.

N produc: demas an, in, & prolem, tamen atq;
Forsitã & forsan: viden'. huic cõformia junges
Quod dat inis curtum est, velut en quod tertia nescit.
Corripitur quartus, quando brevis ultima re-

R. *(ti est.*

R Corripitur, ut *pater*.

Hæc producuntur.

1° Græca quæ habent *eris*, penultimâ longâ in genit. ut *character, eris*.

2° *Iber, aer, æther, ver*.

3° *Cur, far, lar, fur, Nar, par*, & inde composita *dispar, sompar*. Hæc verò variant [r] *Celtiber*, & *cor*, quod rectius corripitur.

R breviet: produc cujus dat patrius eris,
Addito iber, aer, ver, æther. protrahe tantùm
Cur, far, lar, fur, nar, par; nec prolẽ breviabo.
Cor, melius finem breviat: sit Celtiber anceps.

As.

As Producitur, ut *pietas, foras*.

Hæc tamen [as] corripiunt: 1° nomina quorum genit. in *adis* vel *ados* desinunt, ut *Pallas, adis*.

2° Accus. Græcus tertiæ declinationis pluralis numeri, ut *Heroas, Lampadas*.

As produc: ſed adis quæ dant patrio breviatur
Et ternæ quarto, ceu lampadas atq; Gigantas.

Es.

Es Producitur, ut *Anchiſes.*

Hęc tamen (*es*) corripiunt: 1° Græca pluralis numeri tertiæ declinationis creſcentia in ſing. ut *Dæmones.*

2° *Es*, à *ſum*, non ab *edo*, ſic enim producitur.

3° *Penes* & nomina Neut. gen. ut *Hippomanes, cacoethes.*

4° Nomina tertiæ in [*es*] penultimam genitivi corripientia, ut *miles, itis*: Hinc tamen excipiuntur *Ceres, aries, paries, abies, pes*, cum compoſitis, *bipes, tripes*, &c. *Inquies*, nomen rectiùs producitur.

Ponitur es longum: plura alia corripe græca,
Quæ creſcũt, velut es de ſum, penes adde, duob⁹
Cum neutris, & ſi patrio eſt penultima curta
Ternæ: tolle Ceres, aries, paries, abies, pes.
Inquies haud verbum meliùs producitur vſq;.

Is.

Is Corripitur, ut *Paris.*

Hęc tamen producunt [is] 1° dat. & ablat. plural. ut *Dominis.*

2° Quæ mittunt genit. in [*itis, inis*, aut *entis*] ut *lis, Salamis, Simois.*

3° *Glis* & *vis*, ſive nomen ſit, ſive verbum.

4° [*is*] in *audis* & in omni ejuſmodi ſecundâ perſonâ, ſingularis numeri, quartæ conjugationis, præſentis temporis. At contra [*is*] in *legis*, à *lego* corripitur. Idem, ſtatuendum de reliquis tertiæ conjug. verbis. *Tethys* variatur: rectiùs tamen corripitur.

Is brevio. verum plurales protraho caſus,
Vt dominis & quod mutatur in itis & inis,
Aut entis patrio caſu: glis, vis quoq; nomen
Cum verbo longum eſt: veluti perſona ſecunda

Protrahit is, quoties itis plurale reponit.

Os.

Os Producitur, ut *nepos*. Hęc (*os*) corripiunt. 1° genit. in (*os*) ut *Arcados*.

2° *Compos, impos, os, ossis*, at *os, oris* producitur.

3° Omnia nomina secundæ in *os*, ut *Synodos*. at *Androgeos, o, ultimâ longâ.*

Os produc. patrius brevis est, & cŏpos & impos
Os q̃ ossis præbens: rectos breviato secundæ.
Os recti produc, quoties tibi patrius o dat.

Vs.

Vs Corripitur, ut *tempus, doctus*.

Exc. producuntur 1° monosyllaba, ut *jus, sus*.

2° Genitivi Græci tertiæ, ut *Dedûs*.

3° Genitivus sing. nominativus, accusativus, vocativus plurales quartæ declinationis, ut *fructûs*.

4° Quorum genitivus est in *uris, utis, udis, untis*, aut *odis*, ut *tellus, salus, Anthus, incus, Oedipus*.

5° Quorum vocativus in (u) ut *Panthus, Iesus*.

Vs correpta datur. Monosyllaba cum genitivis
Ternæ vel quartæ prodac; numeriq̃ secundi
In quartâ primũ, quartum, quintũq̃: & in uris
Dumq̃ utis patrius, vel in udis, & untis odisve,
Aut quintus fit in u, lõgus tum rectus habetur:
Ergo produces venerabile nomen Iesus.

Cap. 8. De aliis quibusdam carminum generibus.

VT rectè & suaviter metiaris carmen Pentametrum, in duo hemistichia est dividendum. Primi hemistichii dũæ erunt regiones quas vel spondæus, vel dactylus occupat, inde succedit cęsura. Secundum hemistichium conficiunt duo dactyli & cęsura, ut *nil mihi rescribas, attamen ipse veni. Nil mihi*, dact: *rescri*, spond: *bas*, cęsura: *attamen*, dact: *ipse ve*, dact: *ni*, cęsura.

Obs. Hemistichium est dimidia pars carminis, ut *Nil mihi rescribas.*

Durior illa veterum scansio fuit per Anapæstos; ita, *Nil mihi: rescri: bas at: tamen i: pse veni.* Vnde à quinque mensuris pentametrum dictum est.

Carmini Hexametro subjicitur Pentametrum, atque inde oritur carmen Elegiacum. Ovid.

Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Vbi hoc notandum, pentametrum quod subjicitur brevius debere esse Hexametro.

De carmine Asclepiadeo.

CArmen item Asclepiadeum dividendum est in duo hemistichia, ut rectè & commodè illud dimetiamur. Prius hemistichium habet spond. dact. & cæsuram. Posterius duos dactylos sine cæsurâ.

Horat. *Mæcenas atavis edite regibus.*

Quod ita scandes; *Mæce*, spond: *nas ata*, dact: *vis*, cæs: *edite*, dact: *regibus*, dact.

De Carmine Sapphico & Adonico.

SApphicum constat quinque regionibus, quarum prima Trochæum habet, 2. Spond. 3. Dact. 4. Troch. 5. Troch. ut

Rebus angustis animosus atque

Quod ita scandendum, *Rebus*, Troch: *angu*, Spond: *stis ani*, Dact: *mosus*, Troch: *atque*, Troch.

Tribus Sapphicis subjici solet Adonicum, quod constat Dactyl. & Spond. ut *Turgida vela*, inde ita exhibentur hi Versus;

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare, sapienter idem
Contrahes, vento nimium secundo,
Turgida vela.

De Carmine Phaleucio.

CArmen Phaleucium quinque habet regiones: pes primæ est Spondæus, secundæ Dactyl. Tres inde

ſuccedunt Trochæi. Catul. *Paſſer deliciæ meæ puellæ.*

Cujus dimenſio ita procedit, *Paſſer*, Spond: *delici*, Dact: *æ-me*, Troch: *æ-pu*, Troch: *ella*, Troch. Hujuſmodi Carmina vulgo Hendecaſyllaba vocantur. De tribus aliis Carminum generibus ſic breviter.

Carmen Glyconicum.

CArmen Glyconicum conſtat Spondæo & duobus Dactylis. Horat.

Sic te Diva potens Cypri.

Iambicum in locis paribus, id eſt, ſecundô, quartô, &c. admittit Iambum vel Tribrachum; in locis imparibus, id eſt, primô, tertiô, &c. Iambum, Spondæum, Tribrachum, Dactylum, Anapæſtum. Iambici dimetri exemplum ex BUCHANANO,

Proles parentis optimi.

Quod ita ſcandes, *Proles*, Spondæus: *paren*, Iambus: *tis o*, Iambus: *ptimi*, Iambus.

Trimetri iambici exemplum eſto,

Laudes feraeis prædicemus hortulis.

Quod ita metire, *Laudes*, Spondæus: *fera*, Iambus: *cis præ*, Spondæus: *dice*, Iambus: *mus hor*, Iambus: *tulis*, Iambus.

Haud abre fuerit hìc verſuum diviſiones breviter attingere.

1ª Sumitur à præcipuo pede, unde carmen, Iambicum, Anapæſticum, &c.

2ª A menſuris, unde Dimetrum, Trimetrum, &c. Nota in Pentametro, ſi veterum ſcanſionem ſpectes, ex Hexametro, uni menſuræ unum ſolummodo pedem reſpondere. In Iambicis unaquæq; menſura duos exigit pedes, unde Iambicum dimetrum quatuor conſtat pedibus.

3ª A ſyllabâ finali, unde brachycatalectum, ubi duæ deſunt ſyllabæ ad juſtam carminis mẽſuram: catalectô,

ubi una deest: acatalectum, ubi nulla vel deest vel redundat: hypercatalectum vel hypermetrum, ubi syllaba redundat. Exemplum.

Spes mentis anchora est. Est iamb. dimet. brachycatalectũ.

Vino Venus calescit. Iam. dimet. catalectum.

Malis metus, tremor, fuga. Iamb. dimet. acatalectum.

Refunde cymbio falerna. Iamb. dimet. hypercatalectum.

4° A varietate carminum: unde carmen Monocolon, ubi unum solummodo carminis genus, ut apud Virgilium: Dicolon ubi duo diversa carminum genera, ut apud Horatium, Od. 3. lib. 1.

Sic te Diva potens Cypri.
Sic fratres Helenæ lucida sydera.

Tricolon ubi tria. vide Horat. lib. 1. Od. 9.

5° A reditu ad primum carminis genus. Vnde carmen Distrophon, ubi post secundum versum reditur ad primum carminis genus, ut in Epistolis Ovidii: Tristrophon, ubi post versum tertium: Tetrastrophon, ubi post quartum ad primum carminis genus fit reditus.

Plura qui de hoc argumento requirit, consulat Servii Centimetrum, sed in primis Scaligerum de re poeticâ. Atque hactenus de Prosodiâ.

Partis quartæ Supplementum.

ABSOLVTA tertiâ institutionum parte, reliquum erat quartam concinnare de figuris. Verùm quia multarum figurarum explicationem ipsa necessitas in omnibus Grammaticæ partibus jam antea à nobis exegit, idcirco satis hìc habebimus, residuas figuras breviter attingere, eòque refer duas has appendices.

Append

Appendix prima, de orationis virtutibus Grammaticis.

ORationis virtutes sunt hæ, *Congruitas*, *Latinitas*, *Perspicuitas*, *Æqualitas*, *Suavitas*, *Simplicitas*.

Congruitati opponitur *Solœcismus*, id est, oratio incongrua, ut *acuta gladius*.

Latinitati opponitur *Barbarismus*, quo vitio laborat eorum oratio, qui peregrinas voces, id est, nec latinas nec græcas, pro latinis obtrudunt, nt *Bladum* pro *frusto: crosta* pro *agro*, &c.

Perspicuitati opponitur *Amphibologia*, oratio constructionis ambiguitate obscurata, ut *Aio te Æacidâ Romanos vincere posse*.

Æqualitas orationis hoc postulat, ne plus minusve dicatur, quàm res ipsa exigit. Plus dicit *Tautologia*, id est, inanis ejusdem rei repetitio, ut *ipse egomet venio, exultans redeo, gaudensq; revertor*. Sic *Perissologia*, id est, adjectio superflua, sine ulla vi rerum, ut *Ibant quà poterant, quà non poterant, non ibant*. Minus dicit *Tapinosis*, cum infra rei magnitudinem subsidit oratio. Virg. *Dulichias vexasse rates*, pro, atrociſſimè raptasse.

Sub *Æqualitate* comprehende *proprietatem*, nisi enim propriæ voces adhibeantur, voces rei non respondent. Huic virtuti opponitur *Acyrologia* vel *Catachresis*, id est, impropriâ dictionis usurpatio, ut *Sperare*, pro, timere. Virg. *Hunc egòne potui tantum sperare dolorem*. Sic *paricida*, pro, homicida, cum *paricida* dictus sit, quasi *parenticida*.

Suavitas Euphoniâ gaudet, id est, gratâ auribus literarum compositione. Huic *Cacophaton* opponitur, & *Cacosynthcton*, *Cacophaton* consonantibus offendit aures, ut *Canrado*, pro Corrado; *Conlido*, pro, Collido:

Cacosynthe-

Cacosynthaton, vocali sæpius repetitâ, ut *Terga fatigamus hastâ.*

Simplex est oratio cum nihil habet affectatum. Huic adversatur *Cacozelia*, id est, nimium elegantiæ studium, ut

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summa
Curvatura rotæ, radiorum argenteus ordo.

Vitia virtutibus his oppositis orationem solutam deformant: si apud Poetas occurrant observanda potiùs, quàm imitanda sunt.

APPENDIX SECVNDA.

Quæ supersunt figuræ propriæ sunt vel casualium vocum, vel præpositionum. Primi generis sunt *Hypallage* & *Hendiadys*.

Hypallage immutat casus rei agentis & patientis, ut *Trade rati ventos*, pro *Trade ratem ventis*.

Hendiadys orationem substantivi & adjectivi mutat in duo substantiva conjunctione copulata. Virg. *Pateris libamus & auro*, pro *aureis pateris*.

Præpositioni duæ conveniunt figuræ, *Parallage* & *Anastrophe*: *Parallage* præpositionem ipsam mutat, ut *Cui dè te tantum licuit*, pro *in te*: *Anastrophe* præpositionis ordinem, ut *Italiam contra*, pro *contra Italiam*.

Ad generalem doctrinam de specie duæ spectant figuræ, *Onomatopœia* & *Antiphrasis*: *Onomatopœia* est vocis fictio à sono, ut *bombus*, *hinnire*, *mugire*, *balare*, &c. *Antiphrasis*, cum vox à contrario ducta est, ut *bellum* quòd minimè bellum: *Parca* quòd minimè parcat: *lucus* quòd minimè luceat.

Si quæ aliæ occurrant, minoris momenti sunt, quàm ut eas minutiùs persequamur, aut sanè sunt Rhetoricæ, adeòque in Grammaticâ Heterogeneæ.

PHIL. MELANCTH.

Modus adhibendus est in locupletandis præceptis, ne deterreantur adolescentes prolixitate.

FINIS.

DE INCREMENTO NOMINVM.

A, E, O, in plurali producuntur, musarum, rerum, dominorum, nobis.

Nomina 2ª declinationis crescentia in sing. penult. genitivi corripiunt, ut gener, generi. At Iber, Iberi: Celtiber, Celtiberi, penult. longâ.

A, atis, penult. corripit, poema, poematis.

O, onis, & enis, penult. longâ, Cato, Catonis. Anio, Anienis. At quæ in (o) vel in (on) desinunt, cum (n) amittunt, servant priorem quantitatem, Saxo vel Saxon, Saxonis, penult. brevi.

O, inis, penult. brevi, virgo, virginis.

C, D, T, halec, halecis: Melchisedec, Melchisedecis, penult. longâ. David, Davidis: Bogud, Bogudis. caput, capitis, penult. brevi.

L, penultimam corripit, vigil, vigilis.

Exc. 1° Neutra in al, animal, animalis. 2° el, elis, Michael, Michaelis. 3° Sol, solis, penult. longâ.

N, penultimam producit, ut Pæan, Pæanis: Damon, Damonis.

Exc. 1° En, inis; numen, numinis. 2° Græca quædam in on, ut Dæmon, Dæmonis, penult. brevi. Orion, onis, penult. variat.

R. Penult. corripit, agger, aggeris; Hector, Hectoris.

Exc. producentia, 1° neutra in ar, ut calcar, calcaris. (at nectar, nectaris: jubar, aris penult. corripiunt) 2° Nar; Naris: fur, furis: ver, veris: Byzer, Byzeris: Ser, Seris: Iber, Iberis. 3° Græca in ter, crater, crateris; (at æther, ætheris penult. brevi.) 4° Latina in (or) labor, laboris; nisi arboris: marmoris: æquoris: memoris, ab arbor, &c. penult. brevi.

As, atis, penult. longâ, pietas, pietatis: at anas, anatis penult. corripit. Cætera penult, breviant, ut Arcas, Arcadis: at vas, vasis, penult. longâ.

Es penult.

Es penult. corripit: ut *miles, militis: paries, parietis.*

Exc. *locuples, locupletis: manſues, manſuetis: quies, quietis: hares, haredis: merces, mercedis.* pen. longâ. Et Græca mittentia genitivum in *etis*, ut *magnes, magnetis.*

Is penultimam corripit, ut *lapis, lapidis.*

Exc. 1° *is, itis; lis, litis:* 2° *glis, gliris:* 3° *Pſophis, Pſophidis: Crenis, Crenidis: Neſis, Neſidis:* 4° Græca quæ aliàs deſinunt in (*n*) *Salamus* vel *Salamin, Salaminis.*

Os penultimam producit, ut *dos, dotis.*

Exc. *Compos, compotis: impos, impotis: bos, bovis,* penult. brevi.

Vs penultimam corripit, ut *corpus, corporis.*

Exc. 1° *urus, udis, utis*, ut *telluris, incudis, ſalutis.* (at *pecus, pecudis: ligus, liguris: intercus, intercutis,* penult. brevi) 2° comparativa, *melius, melioris.*

s præcedente conſonante penultimam genitivi corripit, ut *hyems, hyemis: trabs, trabis.*

Exc. *plebs, plebis: cyclops, cyclopis: ſeps, ſepis: gryps, gryphis: conops, conopis: cercops, cercopis: hydrops, hydropis: Europs, Europis.*

X penultimam genitivi producit *pax, pacis.*

Exc. 1. *Gis*, vocalem præcedentem corripit, *grex, gregis.* At *lex, legis: rex, regis,* penult. longâ.

Exc. 2. *Ex, icis*, penult. corripit, ut *cortex, corticis;* at *vibex, vibicis,* penult. producit.

Corripe abax, ſimilax, atrax, cũ dropace cãdax,
Fax et athax pharnax q̃, panax q̃, ſtoraxq̃, colaxq̃.
Pix et onyx, illix, hiſtrix, cum maſtice, varix,
Coxendix, & Erix, fornixq̃, calixq̃, cilixq̃.
Dic filicem, ſalicẽ, latı cẽ, natricemq̃, nivemq̃
Cappadocẽ, celocẽ, cum præcoce: jungitur iſtis,
Dax, trux, nux, crux, arq̃ volux. Bebryx variatur.

De

INcrementum verborum eſt primum aut ſecundum. Incrementum primum eſt e. g. ſecundum (a) in amamus, (e) in docemus.

Incrementum ſecundum eſt quod ultra primum incremẽtum accedit, ut tertium (a) in amabamus: (e & i) in amaverimus.

Imus, itis, in omni præterito breviant (i) amavimus, legimus, venimus, legerimus, legeritis.

Cujuſlibet futuri incrementum ſecundum breve eſt: amabimus, amaberis, docuerimus.

I vocalis ante (vi) ſemper producitur, ut petivi, quæſivi, ſic quievi, penult. longâ.

E ante ram, rim, ro, ſemper corripitur; ut eram, amaveram, amaverim, amavero.

Reliquum quodvis incrementum ſecundum longum eſt: amaremus, dabamus, amatote: niſi quòd mini & minor (i) corripiunt, amamini, utiminor.

A in omni conjugatione, (e) & (i) in primâ ſecundâ & quartâ in primo cremento producuntur, amamus, docemus, legamus, audimus.

Exc. Do, quod (a) corripit, ut dabam, circundabam.

Tertia conjugatio (e) & (i) corripiti in primo cremento, ut legimus, legere.

Exc. 1. E in imperfecto, perfecto & futuro producitur: legebam legem⁹, legar, legeris, legerunt vel legere, penult longâ.

Exc. 2. Simus, ſitis: velimus, velitis: nolito, nolimus, nolitis, penult. longâ.

V corripitur, volumus, poſſumus.

ÆQVO LECTORI.

SI cubi erratum aliquod Typographicum occurrat (quale eſt illud pag. 101. ver olla, pro verò illâ) facilè, benigne Lector, per te id corriges. Vale, & (quod opto, quod expecto.) me tui amantem redama.

D. ARTH.

D. ARTHURI IOHNSTONI,

M. D. SVFFRAGIVM.

ARte Vederburni nunc Despauterius ingens
Se melior multò est, dimidioque minor.
Dimidium toto plus est, plus inde juventæ
Fœnoris, & citiùs messis amara venit.
Annus Olympiadem, mensisque brevissimus annum,
Vna dies mensem vincit, & hora diem.
Hæc nova si posset redivivus scripta tueri
Hippocrates, artem diceret esse brevem.

TABULÆ RHETHORICÆ.

ENARRATIO POETARUM & ORATORUM, figurarum non GRAMMATICARUM modo, ſed & RHETHORICARUM notitiam poſtulat, ideo, ut ſtudioſam juventutem hâc etiam ex parte juvemus, brevem hîc & perſpicuam Troporum & Figurarum Synopſin exhibeo, quatuor Tabulis expreſſam; quarum hæc ſeries.

TABULA

1. Troporum.
2. Figurarum dictionis.
3. Figurarum ſententiæ.
4. Reliquarum aliquot ordine alphabetico.

Tabula prima. TROPORUM.

TROPVS eſt immutatio vocis à nativa ſignificatione in aliam.

Tropi præcipui quatuor ſunt; Metonymia, Ironia, Metaphora & Synecdoche.

Metonymia quid ſit ex ſex ejus modis percipitur.

Primus Metonymiæ modus eſt quo cauſa ponitur pro effecto. Hoc autem variè fit 1° cum cauſa efficiens pro effecto ponitur, ut *Mars*, pro bello; *Livius*, pro hiſtoriâ à Livio ſcriptâ. 2° Cum materia pro materiato ſumitur. Ennius.

Ferro *non* auro *vitam cernamus utrique.*

Id eſt, ferreis armis, non aureis nummis. 3° Cum finis ſumitur pro mediis ad finem tendentibus, ut ſtatuere *exemplum*, pro infligere pœnam, quæ cæteris ſit exemplo.

Secundus modus eſt quo effectum pro cauſâ ponitur. 2. REG. CAP. 4. *Mors* eſt in ollâ, ô vir DEI; id eſt, res mortifera. Sic in Epithetis, ut *Pallida* mors,

quòd mortuos pallidos reddat: ira *cæca*, quòd cæcos homines reddat, etenim

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Tertius modus est, quo subjectum pro adjuncto ponitur. Subjectum autem pro adjuncto quinque modis Metonymicè ponitur: 1° Cum ponitur continens pro re contenta, ut *patera*, pro vino. 2° Cum possessor sumitur pro re possessa. Ter. Heaut. Quid te futurum censes, *quem* assidue exedent; id est, cujus opes assidue consument. 3° Cum dux pro militibus sumitur, ut *Cæsar*, pro Cæsaris exercitu. 4° Cum patronus sumitur pro cliente. Cic. Nego me restitutum; id est, meum clientem. 5° Cum res signata ponitur pro signo. Virg. Eclog. 3.

Orpheaque *in medio posuit*, sylvasque *sequentes*. Id est, Orphei & sylvarum imaginem.

Quartus modus est, quo adjunctum sumitur pro subjecto. Hoc autem quatuor modis fit: 1° Cum res contenta ponitur pro continente, ut *vina* coronant; id est, pateras. 2° Cum signum pro re signatâ sumitur, ut *toga*, pro pace: *fasces*, pro imperio consulari. 3° Cum tempus ponitur pro re quæ est in tempore. Cic. in Catil. O *tempora!* ô *mores!* id est, ô male moratos horum temporum homines! 4° Cum virtutes & vitia ponuntur pro personis ipsis. Ter. Vbi illic *scelus* est, qui me perdidit? id est, servus scelestus Davus.

Quintus est quo antecedens ponitur pro consequente; ut *vixit* vel *fuit*, pro mortuus est.

Sextus & ultimus est cum consequens sumitur pro antecedente, ut *somnus*, pro morte.

IRONIA.

IRONIA est tropus à contrario ad contrarium. Ter. Andr. O salve, *bone vir!* id est, perditissime nequam. Atque hoc ipse vultus Simonis innuebat. Quòd

si holt

si hostilis sit irrisio, *Sarcasmus* dicitur, ut, Ave Rex Iudæorum.

Huc spectat *Paraleipsis*, cum præterire nos velle dicimus, quod interim dicitur in transcursu. Cic. pro Cluent. mitto illam primam libidinis injuriam; mitto, &c.

METAPHORA.

METAPHORA est cum propter rerum similitudinem vox traducitur à sua significatione ad alienam. Cic. Honos *alit* artes, omnesque *incenduntur* ad studia gloriâ.

Hic autem tria spectari debent, significatio propria, aliena, & similitudo; ut, auri sacra *fames:* fames proprie convenit famelicis, metaphoricè tribuitur avaris: similitudo in eo consistit, ut famelici cibum appetunt, ita avari aurum immodicè.

SYNECDOCHE.

SYNECDOCHE quid sit ex variis ejus modis patebit, sunt autem ii sex. Datur enim

1° Synecdoche partis pro toto; ut, *tectum*, pro domo.

2° Totius pro parte; ut, Æneid. 1, *Xanthum* bibere, pro, partem aquæ Xanthi.

3° Speciei pro genere; ut *auster*, pro vento.

4° Generis pro specie; ut, *quadrupes*, pro equo.

5° Numeri certi pro incerto; ut, *sexcenta* licet ejusmodi proferre; id est, innumera.

6° Nominis proprii pro appellativo; ut, *Irus*, pro paupere: vel contra, appellativi pro proprio; ut, *Poeta*, pro Virgilio. Atque hæc Synecdoche *Antonomasia* dici solet.

Troporum affectiones.

PRæcipuæ Troporum affectiones sunt tres; *Allegoria*, *Hyperbole*, *Metalepsis*.

Allegoria est oratio è pluribus tropis contexta. Ter.

Eun. Sine *Cerere & Bacchо friget Venus*. Allegoria eſt Metonymica. Horat. *Contrahes vento nimium ſecundo*
Turgida vela.
Allegoria eſt Metaphorica. Martial.
Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones.
Allegoria eſt Synecdochica.

Hyperbole eſt oratio augendo vel minuendo ſuperans fidem; ut, *nive candidior: teſtudine tardior.*

Metalepſis eſt trop⁹ multiplex in una voce. Virg. Ecl. 1.
Poſt aliquot, mea regna videns, mirabor *ariſtas.*
Ariſtæ, pro ſpica; *ſpica*, pro meſſe; *meſſis*, pro anno; atque adeò à primo ad ultimum, *ariſtas*, pro, annos.
De Catachreſi in Inſtitutionibus.

Tab. 2ª. Figurarum Dictionis.

Figura ornamentum eſt Rhethoricum quo orationis habitus à rectâ & ſimplici conſuetudine immutatur. Eſtque dictionis aut ſententiæ.

Figura dictionis eſt figura, quâ oratio figuratur dictionibus aptè et jucundè inter ſe reſonantibus. Hujuſmodi figuræ ſunt decem; quarũ ſeptem repetunt eandem vocem, nempe 1. *Epizeuxis*, 2. *Anaphora*, 3. *Epiſtrophe*, 4. *Epanalepſis*, 5. *Anadiploſis*, 6. *Epanodos*, 7. *Polyptoton*. Tres verò voces ſono ſimiles repetunt; videlicet, 8. *Paranomaſis*, 9. *Homoioptoton*, 10. *Homoioteleuton*.

1. *Epizeuxis* locum habet cum vox aliqua repetitur continuè cum vehementiâ. Virg. Æneid. 9.
Me me, adſum qui feci, in me convertite ferrum
O Rutuli ——— ———

2. *Anaphora* eſt repetitio vocis in principio diverſarum clauſularum. Virg. 4. Georg.
Te dulcis conjux, te ſolo in littore ſecum,
Te veniente die, te decedente canebat.

3. *Epiſtrophe* eſt repetitio ejuſdem vocis in clauſulis; ut, Pœnos Pop. Romanus juſtitia vincit, armis vincit, liberalitate vincit.

Quòd ſi *Anaphora* & *Epiſtrophe* concurrant *Symplo-*

dicitur. Cic. Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem populi partem suffragiis privavit? Rullus. Quis comitiis prefuit? Idem Rullus.

4. *Epanalepsis* est repetitio ejusdem vocis in precedentis sententiæ initio, & in fine sequentis. Mart.

Phosphore redde diem: quid gaudia nostra moraris
Cæsare te digno? Phosphore redde diem.

5. *Anadiplosis* est cum eadem vox repetitur in fine precedentis sententiæ, & initio sequentis. Virg. Ecl. 10.

Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo;
Gallo, cuius amor ———

Cùm verò Anadiplosis pluribus gradibus continuatur *Climax* dicitur; ut, Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos comparavit.

6. *Epistrophe* est cum prius & posterius in priore, clausulâ, inverso ordine in posteriore clausulâ repetuntur. Ovid.

Demophoon Ventis & verba & vela dedistis
Vela queror reditu, verba carere fide.

7. *Polyptoton* est cum eadem vox mutato casu repetitur. Virg. Æneid. 4.

Littora littoribus contraria, fluctibus undas
Imprecor arma armis ———

8. *Paronomasia* est cùm voce leviter immutatâ, mutatur significatio. Seneca, Nunquam satis *dicitur*, quod nunquam satis *discitur*.

9. *Homoioptoton* sive similiter cadens est cùm plura iisdem casibus terminantur. Cic. Est idem Verres, qui fuit semper, ut ad *audendum projectus*, sic *paratus* ad *audiendum*.

10. *Homoioteleuton* sive similiter desinens est cùm cola aut commata simili sono terminantur. Cic. Est enim hæc, Iudices, non *scripta*, sed *nata* lex: quā, &c. Vid. Tractatum de interpunctionibus.

FIGURA SENTENTIÆ figura est, quæ totam sententiam aliquo animi motu afficit. Hujusmodi figuræ sunt decem; 1. *Ecphonesis* seu *exclamatio*, 2. *Epiphonema*, 3. *Epanorthosis*, 4. *Apostrophe*, 5. *Prosopopœia*, 6. *Aporia* seu *dubitatio*, 7. *Anacœnosis*, 8. *Prolepsis* sive *occupatio*, 9. *Epitrope* seu *permissio*, 10. *Paromologia* seu *confessio*: quarum priores quinque extra dialogismum sunt, posteriores quinque in dialogismo.

1. *Exclamatio* est cùm utimur adverbio exclamandi expresso vel subaudito non sine motu & efficacia. Cic. *O tempora! O mores!*

2. *Epiphonema* seu *acclamatio* est cùm rei narratæ adjicitur pronunciatum, veluti coronis ex superioribus expressa, ut cùm Virgilius exposuisset omnes causas ob quas Juno Romanos persequebatur, tandem exclamat. Æneid. 1. *Tantæne molis erat Romanam condere gentem.*

3. *Epanorthosis* seu *correctio* est quando antecedens aliquid corrigendo revocatur. Ter. Heaut. *Filium unicum adolescentulum habeo: eh, quid dixi? habere me? immo habui, Chreme: nunc habeam necne incertum est.*

4. *Apostrophe* seu *aversio* est quando oratio ad alienam personam convertitur, quàm instituta oratio requirit: ut cum Poeta proposuisset argumentum totius Æneidos, tum sic avertitur ad Musam Æneid. 1.

Musa mihi causas memora, &c.

5. *Prosopopœia* seu *fictio personæ* est cum rebus mutis sermonem tribuimus, aut vitâ defunctos tanquam vivos, aut absentes tanquâ præsentes inducimus loquêres. Eclog. 5. *Ipsa sonant arbusta, Deus ille, Menalca.* Sic pro Cœlio excitatur Appius cœcus ad objurgandũ Clodiæ libidinẽ, *Mulier quid tibi cum Cœlio* etc. ubi nota & accessum ad Prosopopœiam & recessum.

6. *Aporia* est cum dicimus nescire nos, quid dicere vel agere debeamus. Virg. *Eloquar an sileam?*

7. Atque hæc deliberatio est nobiscum. deliberatio vero cum aliis *Anacœnosis* dicitur, pro Quint. *Quero a te C.*

te C Aquili, &c. hic quæstio proponitur. *Profectò si rectè bonitatem vestram cognovi*, &c. hìc quæstioni supra propositæ respondet ipse Cicero.

8. *Prolepsis* Rhethorica est cum id quod ab adversario objicitur aut objici posse putamus anticipamus atq; diluim⁹, constatq; objectione atq, respõsione. Æneid 4.

Verùm anceps fuerat pugnæ fortuna. Fuisset.
Quem metui moritura?

9. *Epitrope* est cum facti cujusdam licentia condonatur, ita tamen ut aliud ejus loco nobis assumamus. Virg. Æneid. 7. *Non dabitur regnis* (*esto*) *prohibere Latinis.*
At trahere atq; moras tantis licet addere rebus.

10. *Paromologia* est cum omnia adversario permittimus, at callide. Cic pro Lig. *Habes igitur Tubero* (*quod accusatori maximè optandum*) *confitentem reum: sed tamen ita*, &c.

Atque hìc de Tropis & Figuris, ubi Talæi methodum, ut plurimùm, sequuti sumus: quia verò residuæ adhuc sunt aliæ nonnullæ figuræ superiorib⁹ affines, eas utcunq; perstringemus ordine alphabetico. Nec tamen in me recipio omnia figurarum nomina vel latina vel græca, quæ in Rhethorum scriptis exant, percensere Hoc enim ab Epitomes lege fuerit alienum.

Antanaclasis est cum vox repetitur mutatâ significatione. Eclog. 3. *Ex illo Corydõ* Co ydon *est tẽpore nobis.*

Antitheton est ex contrariis constans oratio. Æneid. 7.

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Apodioxis sive *rejectio* est cum aliquid in alium locum vel tempus rejicitur. Ter. Andr. Item alia multa, *quæ nunc non est narrandi locus.*

Descriptio; ejus appellatio se variat; loci enim descriptio *Topographia* dicitur: temporis, *Chronographia*, &c.

Epimone est ejusdem vel ûs crebra repetitio. Ecl. 8.

Incipe Mœnalios mecum mea tibia versus.

Erotema seu *interrogatio* est quando sermonem cum vehementia inflectimus, ubi rectâ oratione uti licebat.

Æneidum. Quæ glomerata cæsos cæspite volvitur atrox.

Exergasia est congregatio sententiarũ idem significantium. Cic. pro Ligario, *Quid enim tuum illa, Tubero, in acie pharsalica gladius agebat? cujus latus*, &c. Huc refer *Synonymian*, cum verba idem significantia junguntur. Cic. Catil. 2. *abiit, excessit, evasit, erupit.*

Gnome seu *sententia* est generale pronunciatũ earum rerum, quas in agendo sequimur aut fugimus. Eclog. 2.

——— trahit sua quemq; voluptas.

Hypotyposis est cum res ita clarè exponitur ut coram spectari videatur. Æneid.

Constitit, & digitos extemplo arrectus uterq;
Brachiaq; ad superas interritus extulit auras.

Hysteroproterõ est sententiæ, cum verbis, ordo mutat'. Æneid. 1. *Et jam terre parant flammis, & frangere saxo.* Prius enim saxo frangunt, quam torrent.

Mimesis seu *imitatio* refert aliena verba oratione directâ. Ter. Eun. At ego nesciebam quorsum tu ires, *parvula est hinc abrepta, eduxit mater prò suâ*, &c.

Paromæon est quando ab eisdem literis diversæ dictiones initium sumunt. Virg. 1. Georg.

Et solu in siccâ secum spatiatur arenâ.

Periphrasis est quæ rem unam multis ambimus verbis, ut *Romana eloquentiæ parens*, pro Cicerone.

Prolepsis temporis est cũ id quod posterius accidit, ante tempus attribitur. Æn. 6. ——— *portusq; requisse Velinos.*

Velia urbs nondum erat, quum in Italiam venit Æneas, de ea tamen Anchises ita loquitur, ac si jã esset.

Atque hęc in præsentiâ sufficiant, plura qui volet in Rhethorum castra transeat.

DEO GLORIA.

BIBLIOTHEQUE NATIONALE

Patek